3 1761 04128 5149

Geschenk d. Verf.

Mehrere mittelalt. Terenzbio. sind abgedruckt u. ihr Verh. untersucht von Abel, ... Terentiusbiographiák. (Budap. 1887) [Publ. d. ung. Ak.]; 3. philol. Woch. 1888 S. 1000 ff.

Elw. = Ed. Wölfflin, „D. neuen Scholien zu Ter." in Arch. d. lat. Lex. S. 413–420. 1892

S. 417 ein Verz. d. Interject. mit i. Erklärgn;

S. 419 d. neu zukommenden lat. Wörter

1903 839

SCHOLIA TERENTIANA

COLLEGIT ET DISPOSVIT

FRIDERICVS SCHLEE

83878
28/9/07

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

MEMORIAE VXORIS

Praefatio.

Scholia Terentiana ex uno libro antiquissimo Bembino edita sunt ab Umpfenbachio et Studemundo. Quae in ceteris libris Terentii traduntur scholia, quia vilia ab omnibus putabantur, neglecta adhuc iacuerunt. Neque tamen prorsus abicienda videntur. Multa in eis insunt testimonia Servii, Prisciani, multa Donati, Eugraphii, pauca Festi, Porphyrionis, Isidori. In cetera farragine bonis vilia admixta sunt, quae secernere conatus sum.

In usum meum adhibui Terentianos libros Victorianum D (Laurentianum 38, 24), Decurtatum G (Vaticanum 1640), Riccardianum E $\left(\frac{\text{M IV}}{\text{XXX}}\ 528\right)$, Vaticanum C (3868). Ex eis libris, qui commentarium Terentii cum lemmatis exhibent, unum contuli Monacensem 14420, omnium, quos quidem huius generis noverim, antiquissimum, qui foliis 79—144 commentarium in omnes Terentii fabulas continet; sed desunt duo folia, alterum ante folium 79, in quo vita Terentii scripta fuisse videtur, alterum ante folium 85, in quo versus Andriae 364—427 enarrati erant. Halmius hunc librum saeculo XI adtribuit.

Lemmata codicis Monacensis cum satis multa et copiosa atque ex libro antiquo familiae Terentianae DG petita esse cognossem, digna mihi videbantur, quae ex tenebris proferrem, praesertim cum nullus iam liber integer huius familiae exstet; nam in D quoque octo folia recentiora sunt (cf. Mus. Rhen. a. 1891 pg. 147). Haec igitur si attulero, quamquam ad ipsa scholia Terentiana nihil pertinent, tamen veniam me impetraturum spero.

Index.

pag.

§ 1. De Calliopii recensione 1
§ 2. De libro Monacensi 14420 11
§ 3. Monacensis lemmata 17
§ 4. Qui fructus ex libro Monacensi capiatur 34
§ 5. Scholiorum genera discernuntur 37
§ 6. De primo scholiorum genere 39
§ 7. De altero scholiorum genere 42
§ 8. De tertio scholiorum genere 49
Scholia
Subsidiorum conspectus 52
A. Primum scholiorum genus 53
B. Alterum scholiorum genus 79
C. Tertium scholiorum genus 163
Index vocabulorum 175

§ 1. De Calliopii recensione.

Inter libros Terentianos, qui ad textum poetae constituendum adhiberi solent, si ab Bembino antiquissimo discesseris, duae familiae discernuntur, quarum alterius dux ac princeps Victorianus D, alterius Parisinus P habetur. Utraque ex Calliopii cuiusdam recensione se profectam esse subscriptione testatur. Sed ut ipsae inter se arctiore propinquitate coniunctae sunt quam cum Bembino, ita tanta eorum dissensio est, ut alterutra vera ac genuina Calliopii recensio duci possit. Umpfenbachius sibi persuaserat in Parisino P et Vaticano C sinceram Calliopii recensionem praeberi, in Victoriano D autem et Decurtato G eandem recensionem ex Donato, Servio, Prisciano saeculo VII vel VIII correctam. Hanc opinionem primus H. Schindlerus (observationes crit. et hist. in Terentium Hal. Sax. 1881) refutavit; nam Arusianum Messium, aequalem fere Donati, eo libro Terentiano, qui propius a libris DG, quam a PC afuisset, usum esse probavit. Quod si ita est, sequitur, ut librorum DG familia non post saeculum VII ex Donato, Servio, Prisciano facta esse, sed iam Donati et Arusiani aetate in usu fuisse et usque ad Prisciani tempora in usu remansisse putanda sit *).

*) Idem Nonii et Acronis exemplis evincitur. Nonius non ipsum Terentium evolvisse, sed priores grammaticos secutus esse videtur: eorum autem libri Terentiani saepius cum DG quam cum PC consentiunt. Nam ut eos locos omittam, quos Nonius cum DG et PC contra Bembinum communes habet, facit cum DG contra PC his locis: Andr. 349 paves, 959 deorum vitam, Eun. 427 lepide laute, 780 domi, 1082 prorsus,

Umpfenbachii igitur de librorum familiis opinio abicienda videtur. Fridericus Leo (die Überlieferungsgeschichte des Terenz, Mus. Rhen. 1883) veterem ac genuinam Calliopii recensionem servatam iudicavit in DG, in PC autem eandem retractatam a nescio quo atque mutatam, ut tamquam altera veteris Calliopianae editio habenda esset. Ex hoc iudicio, si ipsius Calliopii nomen sustuleris, quod ad cognoscendam rationem, quae inter duas familias intercedit, nihil valeat, cetera mihi probanda videntur: in DG vetustiorem textus Terentiani formam exhiberi, in PC autem recentiorem. Utraque enim familia ex eadem recensione nata est, quae recensio satis longe a singulari Bembini recedens tertio et quarto saeculo passim vulgata fuisse videtur. Hanc libri DG magis minusve incorruptam retinuerunt, sed in PC vir doctus quidam multa consilio novavit. Saepe enim verborum collocationem mutavit: in sola Adel-

---

1087 propino, Haut. 80 opus facto est, 629 Corinthi(a) anus, Phorm. 150 delatam, Ad. 434 obtemperet; at cum PC non amplius quinque locis: Eun. 401 quod, Haut. 855 et, Phorm. 229 in insidiis, 341 sit, 520 adversum. Acroni cum DG hae lectiones communes sunt: Andr. 529 has fieri, 726 sume hinc, Eun. 238 me noti, 688 vetus vietus, Hec. 134 cum istoc odio, Ad. 264 foris; cum PC non amplius duae: Eun. 401 quod, Hec. 406 es perpetuo. At Eugraphius iam plures librorum PC lectiones peculiares in commentarium suum recepit, velut ex Andria: 281 scio meritam (om. hanc), 347 vita est, 483 ista, 507 nihilo minus deferent huc puerum ante ostium, 688 ait te, 720 laborem, 723 malitia, 816 licet, 938 hoc tanto, 939 ne istam. Neque tamen integrum familiae PC exemplum in promptu habuisse videtur, nam ipse quoque numero saepius cum DG congruit, cf. Andr. 145 comperisse se, 154 quis igitur, 205 dicas, 293 haec te, 296 committo, 306 nihil aliud volo, 349 paves, 362 illo, 398 aliquid interea, 408 qui, 484 quod iussi dari, 561 Chreme, 604 astutia, 621 dixi hoc futurum esse, 625 hoccine, 637 ubi fides est, 709 mihi incipit, 726 sume hinc, 768 heri vidi, 809 semper eius dicta est haec, 912 lactas, 959 ego deorum vitam. Calliopium certe Eugraphius iam novit, quem recitasse, non recensuisse Terentii fabulas praedicat, cf. notam ad Andr. 981: plaudite] verba sunt Calliopii, eius recitatoris, qui cum fabulam terminasset, elevabat aulaeum scaenae et alloquebatur populum.

phorum fabula quadraginta locis*) PC verba aliter collocant atque DG: viginti quattuor locis DG verba rectius collocant, alteris viginti quattuor PC; sed ex illis quoque locis, in quibus PC falsam collocationem tradunt, duodeviginti metricis legibus satisfaciunt, DG autem falsa verborum collocatione plerumque versus corruperunt. Unde efficitur eum, qui librorum PC archetypum confecit, artis metricae peritum fuisse. Atque ut verborum collocationem immutavit, ita audentius ipsum textum poetae transformavit iisdem legibus metricis ductus. Ad. II, 1, 54 sic in Bembino scriptum est:

Sed nemo dabit, frustra egomet mecum has rationes puto.

egomet ADG praebent; vir doctus, qui recensionem PC curavit, in archetypo suo legisse videtur 'ego', illud 'met' ante 'mecum' omissum erat; ut igitur versum restitueret, pro 'puto' scripsit 'deputo':

Sed nemo dabit, frustra ego mecum has rationes deputo.

illud 'deputo' etiam in paucos libros ordinis DG postea illatum est. Ad. IV, 4, 25 Bembinus sic tradidit:

Perii, horresco semper, ubi pultare hasce occipio fores.

DG rectius:

Perii, horresco semper, ubi pultare hasce occipio miser.

'fores' aut glossa habenda est in Bembino, quae veram lectionem 'miser' expulit, aut errore ex fine antecedentis versus in hunc irrepsit. Auctor librorum PC in archetypo suo et 'fores' et 'miser' legit, atque ut pedes versus recte currerent, vocabulo 'hasce' exstirpato sic scripsit:

Perii, horresco semper, ubi pultare occipio fores miser.

---

*) Cf. vv. 64, 132, 162, 168, 184, 187, 189, 256, 294, 337, 348, 358, 366, 371, 395, 404, 430, 469, 489, 492, 518, 571, 579, 589, 632 (bis), 636, 644, 697, 703, 711, 728, 749, 751, 765, 769, 796, 809, 833, 892 (bis), 907, 941, 946 (bis), 949, 960, 983.

Ad. V, 8, 14 Donatus sic dedit (Bembinus nos deficit):

Insanis. aufer. age da veniam filio. satin sanus es?

'aufer', cum neque in DG neque in PC legatur, antiquitus iam excidisse videtur; ne versus claudicaret, in PC 'quaeso' ante 'filio' insertum est.

Sed non solum metricis, verum etiam grammaticis rationibus commotus auctor librorum PC multa novavit: in locum alterius verbi aliud substituit, quod ipsi usitatius videbatur, velut 'rogitas' pro 'rogas' Ad. I, 2, 2, 'rediges' pro 'adigis' I, 2, 31, 'quaerito' pro 'quaero' II, 4, 2, 'consule' pro 'prospice' III, 2, 37, 'celato' pro 'tacito' III, 2, 44, 'facultas' pro 'facilitas' III, 3, 37, 'ideo' pro 'eo' IV, 5, 64, 'sed quod' pro 'sed quo' V, 3, 39; aut tempora mutavit, inprimis in sententiis secundariis, in quibus usu sermonis tempus futurum poni solet, velut 'perges' pro 'pergis' Ad. II, 1, 27, 'omittam' pro 'omitto' II, 2, 24, 'fiet' pro 'fiat' III, 1, 1, 'facias' pro 'facies' IV, 7, 28, 'scire' pro 'scisse' V, 4, 3, 'provisam' pro 'proviso' V, 6, 1; aut verborum compositiones sustulit, quibus ipse offendebatur, velut Ad. prol. 10 'hic sumpsit' mutavit in 'hinc sumpsit', Ad. I, 1, 13 'in animo instituere' in 'in animum instituere', II, 3, 6 'homini nemini' in 'homini neminem', III, 4, 56 'quam estis maxume potentes' in 'quam estis maxumi potentes', III, 4, 62 'utinam hic sit defunctum' in 'utinam hoc sit defunctum', IV, 5, 32 'prior' in 'prius', IV, 7, 30 'sanum' in 'sanumne', V, 1, 13 'huc exitum' in 'hunc exitum', V, 3, 7 'nostrum' in 'nostrorum'. Atque etiam licentius in hoc mutandi genere interdum versatus est, velut in Andr. IV, 1, 57 cum offendisset, traditam lectionem 'restitue in quem me accepisti locum' — quam lectionem et G et Parisinus 7903 a Fritschio collatus et Monacensis 14420 et ipse Donatus quoque praebent — audacter sic immutavit: 'restitue quem a me accepisti locum'. Haec ita immutata lectio ex libris PC etiam in antiquissimum D irrepsit atque a Faerni et Bentleii temporibus usque ad nostram memoriam probata est. Non

recte, ut mihi videtur. Primum dativus 'mihi' requiritur; Bentleius contulit Phorm. prol. 33, sed ibi et dativus 'nobis' legitur et 'locus' proprie scaenam significat, qua actorum grex spectaculo gladiatorum expulsus erat. At hoc loco de verbo iuris agitur, quae restitutio in integrum vocatur. Itaque verba 'restitue in locum' retinenda sunt. Accedit, quod figura illa artificiosa, quam grammatici antiptosin vocant, atque elegans verborum collocatio haec ex Graeca lingua verbo verbum reddita esse admonent: *ἐς ὅν με παρεδέξω τόπον*. — Alterum exemplum commemorabo, ex quo intellegatur, quanta licentia traditas lectiones mutaverit: Ad. III, 2, 31 librorum memoria variata est; in Bembino legitur: satine hoc certumst? certum. Donatus tradit: scisne hoc certo? certo. Auctor librorum PC in archetypo suo eandem corruptelam offendit, quae inest in libris DG*): satine certo? certe; atque cum recte vidisset quaerenti 'satine certo' responderi non posse 'certe', haec verba sic mutavit: satine certe? certe.

Ex his exemplis recte hae duae res colliguntur: primum PC libros ex exemplo nostrorum DG simillimo ductos esse, deinde in libris PC multa ad arbitrium auctoris mutata esse. Quamquam non nego auctorem librorum PC multa in exemplo suo rectius legisse, quam nunc in DG traduntur, multa quoque coniectura recte assecutum esse. Illud autem confidenter nego eum antiquiore ac meliore exemplo usum esse, quod quidem libris DG auctoritate tanto praestet, quanto Bembinus libris DG et PC.

At enim in libris PC picturae illae exstant singulari opere artificioque perfectae, quarum auctor, quin antiquissimo tempore fuerit, nemo dubitat: nam antiquum cultum victumque et vestitum habitumque bene norat. In omnibus enim picturis homini libero toga et calcei alte vincti dantur, servo tunica et pannus quidam colore vario

*) Umpf. hoc loco lectionem libri G non recte exscripsit; equidem sic legi: 'satine certo. certe'. supra litteras 'ne cer' eadem manu scriptum est 'hoc', atque supra 'hoc' additum est 'certum est'.

collum amplectens. Deinde quicumque in scaenam prodeunt, ei sua quisque persona induti sunt, quam per totam fabulam retinent. Quam autem artificiose in unaquaque scaena illum articulum temporis, quo omnes actores maxime intenti sunt, elegit, quam vere, quales cuiusque animi motus essent, effinxit! Neque hoc facile factu erat; nam personas distortis saepe oribus deformes et per totam fabulam retinuit et paucis lineolis immutatis tam subtiliter transformavit, ut maeror gaudium, metus spes, omnis denique moderatio animi in vultu appareret. Tantum artificium optimis antiquitatis temporibus natum esse recte putatur (cf. Leo. l. c.). Atque illud quoque recte dicitur picturis illis antiquam quandam poetae editionem ornatam fuisse. Quod si ita est, librorum PC auctoritas vereor, ne valde augeatur; nam si et picturas et textum ex illa antiquissima editione sumpta esse demonstrari potest, omnes eas discrepantias, quas supra libidini grammatici cuiusdam posterioris aevi deberi diximus, genuinas potius ac veras lectiones esse concedendum videatur. Verum certo argumento probari potest textum librorum PC non ex insignita picturis editione petitum esse. Neque enim dubitandum videtur, quin in antiqua illa editione indices personarum cum picturis consenserint. In PC autem inter picturas et indices summa dissensio est. In Andr. I, 1 Simo et Sosia cum duobus servis picti sunt, qui pisces, lac, olera afferunt, in indice nominantur soli Simo et Sosia, ut in libris DG. In Andr. I, 4 Mysis et Archylis pictae sunt, in indice legitur Mysis, ut in DG. In Andr. III, 1 Glycerium intra ostium conspicitur a Lesbia sustentata, ante ostium ad sinistram Mysis atque eadem Lesbia, ad dextram Simo et Davus inter se colloquentes. P indicem non habet, C cum figuras pictas nominare vellet, errore deceptus obstetricem Lesbiam, quae ante ostium cum Myside colloquitur, Pamphilum nominavit. Eun. III, 3 Chremes, Pythias, Dorias picti sunt, nominantur a PC soli Chremes, Pythias, ut in DG. Eun. III, 4 Antipho et Chaerea spectantur, legitur autem in P unum nomen Anti-

phonis, ut in DG, in C duo nomina allata, sed personis falso attributa sunt. Eun. V, 5 senex in PC falso Laches nominatur, ut in DG. Haut. IV, 1 in Bembino anui Canthara nomen datur, PC ut DG nomen non afferunt, sed nutricem eam significant (cf. v. 4). Haut. IV, 7 in D antecedenti scaenae adiuncta est, itaque index deest. PC cum pictura novam scaenam incipiunt, sed index in utroque libro posteriore manu additus est. Haut. V, 1 in PF duae figurae, Menedemus et Chremes, pictae, sed quattuor nominatae sunt aeque atque in D, ubi haec scaena cum sequenti coniuncta est. Phorm. V, 8 auctor librorum PC eundem indicem, qui nunc in ADG est, in archetypo suo invenit: Demipho, Chremes, senes duo, Phormio parasitus. In pictura autem media Phormio clamans cognoscitur, ante eum Demipho vultu minaci, a tergo eius Chremes, cum clamanti Phormioni os opprimere conatur. Huic igitur picturae ut indicem adaptarent, manus recentiores nominum ordinem sic converterunt: Demipho senes, Phormio parasitus, Chremes duo. Ad. II, 1 quattuor personae pictae sunt, totidem in A nominantur: Sannio, Bacchis, Aeschinus, Parmeno, in PC tres tantum ut in DG afferuntur. Maxime vero ex Ad. II, 4 apparet, quam inter se similia fuerint archetypa librorum PC et DG: in utroque olim talis index habebatur:

Aeschinus Ctesipho Syrus Sannio
adulescentes II idem duo

G scripsit 'item' pro 'idem', C pro 'idem', quod non intellexerat, 'servus' posuit, sed 'duo' post 'Sannio' retinuit.

His exemplis satis probatum est indices librorum PC cum picturis non modo non consentire, sed etiam prope ad verbum indicibus librorum DG respondere. Itaque non ex antiqua illa editione picturis ornata sumpti sunt. Ergo ne textum quidem librorum PC ex illa editione petitum esse opinabimur, praesertim cum multae eorum lectiones viro docto ex arbitrio mutanti deberi videantur. Immo textus antiquae illius editionis periit, ac ne Bembini quidem in ea scriptus erat, id quod elucet ex indicibus ad

Eun. II, 2, III, 2, III, 3, III, 4, IV, 7, Haut. II, 4, Phorm. II, 4, IV, 2, V, 3 (vv. 1 et 12), V, 7, Hec. IV, 2, V, 3 (v. 18), Ad. III, 3 (vv. 1 et 10), V, 4, V, 5, V, 9. Quod si neque ex antiqua illa editione textus librorum PC ortus est et auctor eius familiae, ut supra exemplis illustravimus, multis locis aut metricis aut grammaticis rationibus adductus lectiones librorum DG suo arbitrio mutavit, sequitur, ut cum Fr. Leone familiam librorum DG antiquiorem, PC autem recentiorem esse putemus.

Calliopius utrum antiquioris an recentioris familiae auctor fuerit, ad textum Terentianum constituendum non multum interest. Sed cum nuperrime haec quaestio saepius tractata sit, strictim eam attingam. Leo librorum DG recensionem a Calliopio factam esse putavit, Dziatzko in praefatione editionis suae pg. XII librorum PC recensionem. Hic vir doctissimus de eadem re in commentationibus Wölfflinianis (Lips. 91) disputavit ac mihi quidem probavit ‘Calliopium V fere saeculo editionem Terentianam fecisse, in qua multa suo arbitrio novavisset (= PC); hanc editionem, cum ad sensum vulgarem popularemque accommodatior fuisset, facile omnibus probatam maiorem in dies auctoritatem consecutam esse, ut lectiones a Calliopio mutatae gradatim in textum vulgatum reciperentur (= DG); scilicet similitudinem illam, quae intercederet inter DG et PC, non ex eis tantum lectionibus profectam esse, quas DG ex PC mutuati essent, sed magnam partem ex illis, quae ante Calliopii recensionem iam in textum vulgo receptae fuissent.’ In summa igitur re Dziatzko, ut nos supra fecimus, Leoni adstipulatur, cum in DG antiquiorem recensionem, licet vitiata et corrupta multis locis sit, in PC recentiorem inesse dicit. Illud autem Dziatzko rectius quam Leo iudicavit, non DG, sed PC libros a Calliopio recensos esse. Nam si non Calliopius, sed alius vir doctus posteriore aetate librorum PC recensionem instituisset, mire accidisset, quod eius nomen in nullo huius recensionis libro servatum est; aut si Calliopius antiquiorem recensionem DG fecisset, quae Donato et aliis nota esset,

certe unus ex illis, qui eius recensione usi sunt, eius nomen ad nostram memoriam tradidisset.

Nuperrime Gutjahr in Act. Reg. Soc. Litt. Sax. 1892 Barthii opinionem iam paene mortuam suscitavit, qui sub nomine Calliopii Alcuinum delitescere suspicatus erat. Ad hanc Barthii opinionem Gutjahr reductus est codice D diligentissime explorato, qui nomen fert Valchonis, i. e. Walae, Caroli Magni nepotis. Is librum D ex Alcuini exemplo exscribendum curasse dicitur. Alcuinum autem eundem esse atque Calliopium, quod nomen ei ab amicis et sociis inditum esset, Gutjahr scholiis evincere studuit: in subscriptionibus enim: 'Calliopius recensui ·i· recitavi' dictum esse Calliopium fabulas Terentianas legisse, id quod Alcuinum apud Carolum eiusque amicos inter cenam fecisse constaret; et illo tempore Alcuinum iam senem fuisse, quod idem multa scholia testarentur. Hanc argumentationem pravam esse Dziatzko (Mus. Rhen. 1892) ostendit; pauca addam. Omnes scholiastae Calliopium non lectorem, sed ducem gregis histrionum fuisse dicunt, cf. Eun. schol. ad didascaliam: 'quod Menander primum composuerat fabulam Eunuchi in graeco sermone, deinde Terentius in latino sermone, iam dictum est, et quod eius recitator fuit Calliopius. At vero modulator eius comoediae fuit Flaccus.' Itaque Calliopius cum talis histrionum dux haberetur, prologum locutus esse putatur, et quaecumque Terentius de Ambivio Turpione in prologis dixerat, ea omnia ad Calliopium referuntur; inde fit, ut Calliopius in scholiis senex nominetur, cf. Andr. prol. 1: Calliopius dicit haec dictata Terentii sub persona sua. Haut. prol. 1: seni] id est mihi Calliopio. 2. adulescentium] qui patientiores essent clamoris et laboris ferendi, quam ego, qui sum senex. Idem Calliopius verba, quae finire solent fabulas, locutus esse dicitur, cf. Andr. V, 6, 17: plaudite] verba Calliopii. finita fabula in theatro recitator fabulae aiebat 'plaudite et valete' sive 'valete et plaudite'. cf. item Adelphorum finem. Gutjahr eo maxime in errorem inductus est, quod scholion ad subscriptionem: 'recensui

·i· recitavi' falso intellexit. Primum illud ·i· (= id est) falso ita explicat, tamquam si significet 'item' vel 'et'; deinde recitare non idem est atque legere; immo in omnibus scholiis idem valet atque fabulam agere, cf. Eun. prol. 19: acturi] id est recitaturi, Haut. prol. 12 actorem] id est recitatorem. Idem etiamnunc in lingua Italica significant 'recita, recitatore, recitante, recitare'. Itaque non recte Gutjahr iudicavit Alcuinum demum Calliopii nomen in fabulas Terentianas inseruisse; immo illud nomen Alcuino ideo inditum esse videtur, quod amicis suis legendo similem operam saepe praestabat, atque olim Calliopius recitando, id est agendo, in theatro populo Romano praestitisse ab Alcuino eiusque amicis putabatur.

Quae cum ita sint, Barthii et Gutjahrii opinione, quam de Calliopiana recensione sibi finxerunt, spreta sententiam Leonis et Dziatzkonis sequemur, quam nunc paucis comprehendere liceat: A tertio saeculo usque ad quintum praeter singularem Bembini recensionem altera vulgata erat, qua omnes grammatici et commentatores illius aetatis usi esse videntur. Eius recensionis libri, cum passim in scholis a pueris legi solerent, paulatim multis scholiis referciebantur atque etiam saepius, ut membranarum spatio parceretur, metrica distinctione neglecta scribebantur. Itaque Priscianus de metris fab. Terent. I, 1: 'miror', inquit, 'quosdam vel abnegare esse in Terentii comœdiis metra vel ea quasi arcana quaedam et ab omnibus doctis semota sibi solis esse cognita confirmare'. Postea quinto fere saeculo ex tali libro Calliopius novam recensionem fecit, in qua metricam distinctionem restitutam, scholia omissa, picturas additas videmus (= PC). Haec recensio summam auctoritatem adepta est. Sed praeter eam etiam illi antiqui libri, qui scholiis multis referti olim a pueris lecti erant, per manus tradebantur vel transscribebantur, qui cum minus auctoritate valerent, in dies Calliopianae recensioni similiores fiebant (= DG).

Haec si recte disputata sunt, libris DG, ut qui prioris recensionis sint, maior auctoritas debetur, prae-

sertim cum Calliopium non antiquius exemplum Terentianum secutum esse, sed suo arbitrio textum mutasse supra docuerimus.

---

§ 2. De libro Monacensi 14420.

Quinto fere saeculo Calliopius, si modo recte Dziatzko de aetate eius ex verbis subscriptionis iudicavit, recensionem librorum PC constituit. Inde ab hoc tempore auctoritas eius recensionis ad immutandos ceteros libros, qui praeter Bembinum omnes post illud tempus facti sunt, pertinere coepit. Antiquissimus autem ceterorum Victorianus D ineunte IX saeculo scriptus est. Per totum igitur quattuor saeculorum spatium libri antiquae recensionis alius aliis locis ex recensione PC mutati iam erant, cum D scriptus est. quid mirum, si is multas Calliopii novas lectiones atque ipsam eius subscriptionem accepit? Ceteri libri, quo recentiores sunt, eo magis duas recensiones inter se permiscent; sed tamen, quoniam alius alias lectiones sinceras tradidit, si quam plurimos et optimos libros antiquae recensionis contulerimus, fieri poterit, ut aliquanto accuratius et certius constituamus, quid Calliopius novaverit et quid ante eum lectum sit. Umpfenbachius duos huius recensionis libros D et G ad editionem suam convertit, tertium perbonum A. Fritsch (Phil. 1873) Parisinum 10304 esse docuit, quartum haud contemnendum ipse inveni librum Monacensem 14420, qui scholia Terentii cum accuratis lemmatis continet (M).

De hoc scholiorum libro Umpfenbachius in Herm. vol. II pg. 338 ita iudicavit: ‘Kaum auf ein ursprüngliches corpus gehen die Trivialscholien zurück, die sich in gleicher oder sehr ähnlicher Fassung in den Handschriften seit dem IX.—X. Jahrhundert, nur bald vermehrt, bald vermindert, finden und ihren Ursprung aus halbbarbarischer Zeit nicht verleugnen. Die undankbare Mühe, sie zusammen zu

schreiben, hat sich ein Namenloser zu Verona im XI. Jahrhundert gegeben. Die Frucht seines Fleisses ist die Münchener Handschrift 14420.' Haec fere omnia prava sunt: primum enim scriptor libri M commentarium suum, et lemmata et scholia, non ipse primus ex Terentianis libris collegit, sed talis commentarii apographon fecit, id quod ex ipsis lemmatis evincitur. Haec enim raro omnibus litteris perscribi solebant; si longiora erant, postrema verba primis tantum litteris notabantur, scholion autem ipsum adiungebatur signo ·i· = id est, vel ·s· = scilicet. Ex multis autem erroribus, qui in M deprehenduntur, certo cognoscitur scribam libri M ea lemmata non ipsum ex libro quodam Terentiano excerpsisse, sed iam excerpta atque decurtata ab alio accepisse atque saepius male intellexisse. Nam si ipse ex libro Terentii excerpsisset, illud signum, quo scholion lemmati adiungitur, semper suo loco posuisset nec prorsus pravas notas, quae interpretandis Terentii verbis omnino non respondent, admisisset, velut Eun. II, 2, 25: 'cupe et inali ·i· o. cupedia cupiditas, unde cotiones et alii cupidi ut sunt thelonearii et mercibus insistentes cupedinarii vocantur'. A voce 'cupedia' scholion incipit; quae litterae antecedunt, in eis hoc lemma quaerendum est: cupedinarii o(mnes). scriba primum i vocis cupedinarii pro illo signo, quod scholion incohat, aut pro voce aliqua ab i incipiente habuit, quod non fecisset, si ipse Terentium inspexisset. Similis error habetur Eun. II, 3, 21: 'intenda ·s· tuos ·s· ut mea promissa expleam' pro 'intendas tuos ·s(cilicet) ut mea promissa expleam'. Hoc quoque loco postremam litteram vocis intendas pro signo ·s· (= scilicet) aut pro voce ab s incipiente duxit; cf. praeterea Haut. III, 2, 35 'ad te a. d.' pro 'ad te ad(iutare)', ibid. III, 2, 36 'si i. u.' pro 'si iu(bes)', III, 3, 41 'filiam adule ·s· t. l.' pro 'filiam adulescentulam', IV, 3, 36 'hanc s. b. a. c.' pro 'hanc s(cilicet) Bac(chidem)', V, 4, 15 'en ita r. i. conabor' pro 'enitar ·i· conabor'. Saepius etiam plures litteras, quae apud Terentium suo quaeque verbo respondent, in unum contraxit velut Eun. III, 2, 29: 'neque ci-

catrices s. o. nit. o.' pro 'neque cicatrices s(uas) o(stentat) n(eque) t(ibi) o(bstat)'.

Deinde M neque ex uno neque ex pluribus nostris Terentianis libris, quales nunc sunt, conscriptus est. Neque enim quisquam ex libris nostris Terentianis, qui scholia maxime turbata ac dilacerata exhibent, talem commentarium componere potest, qualis in M legitur. Ex omnibus libris, qui scholia tradunt, D longe plurima et optime servata praebet, sed in hoc quoque libro scholia saepe aut falso loco posita aut lacerata et coartata videntur. Cf. Andr. I, 3, 6:

Cui verba dare difficile est. primum iam de amore
hoc comperit.

C supra 'verba dare etc.' scribit: 'deludere . non agit cum homine verbis sed flagellis'. G supra 'difficile est' addit 'mentiri'. E supra 'cui verba etc.' adiungit: 'cui aliquis difficile potest mentiri'. D supra versum scripsit: 'non permittit, ut servus eius loquatur cum eo quo Pamphilus amabat Glycerium', et in margine haec: 'non agit cum servo verbis sed flagellis vel cui vix aliquis potest patronari (!), quoniam verba dare est mentiri'. Has tantas turbas M optime sic expedivit et explicavit: cui] ·i· domino. non permittit, ut servus eius cum domino loquatur, et est sensus: non agit cum servo verbis sed flagellis. vel: cui vix aliquis potest mentiri, quoniam verba dare est mentiri. de amore] quo Pamphilus amabat Glycerium.' Ita M multis locis scholia in libris Terentii tradita emendavit atque in ordinem digessit. Hoc nemo saeculo decimo vel undecimo ne acutissimo quidem ingenio efficere potuit, ut ex nostris libris Terentianis talem commentarium conficeret. Accedit, quod scribam libri M aliis locis imprudentia vehementer errantem videmus, ut scholia prorsus perspicua non recte intellexerit aut falso ad aliena lemmata transtulerit; exempli causa afferam Hec IV,
ut misera sis.
1, 21, ubi in libris Terentii scriptum est: 'ita esse istuc . sed'. M scripsit: 'ita esse] ut misera . sed] sis.' Ad. IV, 5, 57
quo modo non bene actum esse
in libris Terentii legitur: 'qua resciscerem '; in M:

ʿquare] quomodo . sciscerem] non bene actum esse.ʾ Haut. ·i· praesentia amicorum
III, 3, 11 ita libri Terentii tradunt: ʿab ore eorum ali- quantulumcumque
quantisper ʾ. M scripsit: ore aliquantis] ·i· praesentia amicorum . per] quantulumcumque.

Quare quoniam archetypum libri M ex nullo nostro libro Terentiano petitum esse cognovimus, nunc unde sumptum esse videatur, quaeramus. Primum quasi indicium in hac quaestione facit subscriptio, quam liber M in fine Andriae tradidit: ω] finis fabulae est. plaudite] verba Calliopii, finita fabula in theatro recitator fabulae aiebat: ω plaudite et valete sive valete et plaudite. recensui] ·i· recitavi hanc fabulam. BUBLII TERENTII AFRI ANDRIA FINIT. Ex his verbis si lemmata collegerimus, eandem subscriptionem, quae inest in G, enucleaverimus: ω · plaudite · recensui. Bublii Terentii Afri Andria finit. Unum nomen Calliopii a scriba omissum est, scilicet quod supra hoc nomen in exemplo suo nihil additum invenit: cetera tamen verba subscriptionis in G et M adeo inter se respondent, ut etiam error idem Bublii in utroque occurrat. Reliqui autem eiusdem recensionis libri DVE omnes recte Publii, D et V pro ʿfinitʾ ʿexplicuitʾ scripserunt. Quae autem scholia ad hanc subscriptionem M adiunxit, eadem omnia in D quoque tradita, sed ita disiecta sunt, ut, quo quodque scholion referendum sit, nemo cognoscat. Ceterae subscriptiones non ita comparatae sunt ut quicquam ex eis de origine libri M colligi possit. Recensionis Calliopianae nullum alibi reliquum est vestigium. Eunuchus finitur his verbis: ω. vos valete] finis comoediae. P. TERENCII AFRI EUNUCHUS EXPLICUIT. Terencii forma in solis GM deprenditur. Hautontimorumenos sic finitur: P. TERENTII AFRI EXPLICIT HEUTONTIMORUMENOS, Hecyra sic: TERENTII AFRI EXPLICIT HECHIRA. In Adelphis et Phormione nihil omnino subscriptum est.

His subscriptionibus etiam certius personarum indices patefaciunt, unde archetypum libri M sumptum sit. Andr.

I, 1 et 2 index in libro M omissus est ut in G, Andr. V, 6 in M ut in DG nova scaena instituta est, cuius index cum G congruit. Idem factum est in Haut. IV, 7 et Phorm. V, 3, 13. Deinde Phorm. IV, 2 antecedenti scaenae continuata est ut in solo G. Iisdem verbis indices in M et G utuntur Andr. III, 4. IV, 3. 4. 5. V. 3. 4. 6. Eun. I, 2. III, 1. V, 7. Haut. II, 4. III, 1. 2. 3. IV, 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. V, 1. 2. 3. Phorm. II, 2. III, 3. IV, 1. V, 2. Hec. II, 3. Ad. I, 2. III, 2. 3. Huc vero accedit, quod in M eundem errorem iisdem fere locis atque in G offendimus. Saepe enim in utroque libro fit, ut in indicibus prius nomina actorum omnia deinceps enumerentur, deinde eorum appellationes (senex, mulier, servus etc.), aut ordine inverso prius appellationes, deinde nomina. Is error facile inde explicari posse videtur, quod in archetypo, unde uterque liber ortus est, appellationes nunc supra nomina, nunc infra collocatae erant, quam consuetudinem librarii imperiti qui versus religiose alium post alium describerent, parum perspexerunt. Is igitur error occurrit in M et G his locis: Eun. I, 1 et II, 1: ‘Phaedria Parmeno adulescens servus’ pro ‘Phaedria adulescens Parmeno servus’, Hec. II, 1: ‘senex mulier Laches Sostrata’ pro ‘Laches senex Sostrata mulier’. item Hec. III, 1. Ad. II, 3. III, 1. Maxime vero conspicua est consensio librorum GM in indice ad Hec. II, 2: ‘senex idem mulier Lachus (ita in solis GM) Phidippus Sostrata’ pro ‘Laches senex Phidippus idem Sostrata mulier’, item Ad. II, 1: ‘Sannio (sic in solis GM) Heschinus Parmeno leno adulescens servus’ pro ‘Sannio leno Aeschinus adulescens Parmeno servus’, item denique Ad. II, 4: ‘adulescentes II item duo Eschinus Ctesipho Sannio Syrus’ pro ‘Aeschinus Ctesipho adulescentes duo Sannio Syrus item duo.’

Ex hac tam mira errorum communione satis apparet archetypum libri M arcta quadam necessitudine cum G coniunctum fuisse. Quin etiam ex ipso G id oriundum esse putaremus, nisi alia contradicerent: primum M plura scholia et magis integra servavit quam G, deinde multi indices ita sunt comparati, ut non ex G petiti esse possint,

quia in G mutilati, in M sinceri et congruentes cum D leguntur. Phorm. enim I, 1 et I, 2 in eo libro, ex quo M ortus est, in unam scaenam confluxerant ut in D; nam Phorm. I, 1 in M eundem indicem prae se fert quem D: Davus Geta. Eun. III, 2 hic index in M scriptus est: 'Thais meretrix Traso miles Parmeno servus Gnato parasitus Pithias ancilla', eodem ordine quo in D atque etiam accuratius, nam in D nomen Pythiae deest, in G index mutilus est. Ad. III, 4 hic index in M habetur: 'Egio Geta Demea Cantara senex servus senex mulier', qui index prorsus consentit cum D: 'Hegio senex Geta servus Demea senex mulier'. ante 'mulier' nomen in D omissum est, sed littera *Φ* restat, qua in hoc actu Canthara notari solet, cf. III, 2; nomen Pamphilae in D posteriore demum manu supra 'Hegio' additum est. Phorm II, 3 in M et D idem index datur: 'Demipho Phormio Geta', cum G solum Demiphonis nomen habeat, similiter Phorm. IV, 5. — Ad. IV, 1 index libri M vitiosam verborum collocationem praebet: 'Ctesipho Syrus adulescens servus', cum G rectam habeat; item Ad. IV, 2: 'Demea Syrus Ctesipho senex servus adulescens.'

Quae cum ita sint, M non ex ipso G petitum esse putabimus, sed ex familiae DG aliquo exemplo, quod proxima necessitudine cum G coniunctum erat. Haec sententia non infirmatur eo, quod ordo fabularum idem in M est atque in PC: Andria, Eunuchus, Hautontimorumenos, Adelphi, Hecyra, Phormio. In hac enim re aut iam illud exemplum, ex quo M liber ortus est, secundum PC mutatum erat sicut Riccardianus, aut postea scriba libri M pristinum ordinem immutavit. Utique alium ordinem fabularum aliquando in archetypo libri M fuisse ab ipso eius scriba docemur, qui ad Hecyrae initium in margine adnotat: 'haec fabula hic interposita'. Sed quoquo modo ea res se habet, natura et indoles eius libri, ex quo M oriundus est, multo antiquior et sincerior erat quam Riccardiani, id quod vel ipsi scaenarum indices satis confirmant. In illo antiquo exemplo personae aeque atque in Bembino et

Victoriano graecis litteris distinctae erant, cuius rei vestigium restat in indice ad Ad. II, 2, ubi haec leguntur: ESYRVS SANNIO SERVVS LENO; littera enim E in Victoriano per totum actum secundum huius fabulae Syro servo apponitur.

Itaque etiam Monacensis lemmata ad textum Terentianum constituendum adhibenda esse iudico, praesertim cum proxime ad Decurtati codicis auctoritatem, cuius maxima pars periit, accedat.

---

§ 3. Monacensis lemmata.

Primus C. Halmius Monacensem librum non nihili esse suspicatus est in epistula ad Schopenum a. d. V. Kal. Dec. 1853 data, in qua lemmata huius libri, quia memoria digna esse putavisset, ex uno actu Andriae se excerpsisse et ad Fleckeisenum misisse scribit. Fleckeisenus autem illa lemmata, seu quia sprevit, seu quia, quanti essent, ex illo tam parvo specimine parum perspicere poterat, numquam publici iuris fecit. Quare hoc loco ea afferam, quae aut ad Terentianum textum constituendum aut ad Monacensem librum recte aestimandum aliquid valeant.

Andria I, 1, 6 sed his. 19 predicto. 23 re te velim. 27 prohibebant. 36 iis. 61 simbolam. 74 cum dote summa. 76 quid igitur obstat. 79 metui a criside. 85 quid hic mihi faciet patri. 89 nihil suspicans mali . hem quid id est. 98 atat. 102 in ignem imposita est — haec soror. 105 et celatum. 110 quid agis. 114 honesta oratio est. 134 manibus pedibusque. 141 adsimules. 142 perterrefatias. 143 satis est.

— I, 2, 10 interoscitantes. 12 carnufex. 13 quid ais (agis D *et* G). 31 circummitione. 33 irrides — sed dico tibi.

— I, 3, 7 infensus servat, ne quam faciam nuptiis (*schol.* deest 'in'). 13 haud. 17 navem is fregit.

— I, 4, 1 archillis.

— I, 5, 2 pro deum atque hominum fidem quid est

si hoc non est. 14 nisi si. 25 divorse. 35 deserasse. 41 haud vereor. 43 ferō. 46 hanc meritam esse. 52 utreque res. 55 eius solitudinem. 58 sive haec — maxumi.

Andr. II, 1, 7 quanto. 14 aliquid. 20 ⟨ad⟩ auxilium (*schol.* id est ad auxiliandum). 27 potes *(item* G, *non* potest, *ut Umpf. adnotat).* 31 id gratiae apponi sibi.

— II, 2 Davȳ. Pā. Chā. 1. Dii .... boni quid porto (Dii *legitur in litura, sequens verbum omissum est*). 6 alloqui. 7 abeo. 12 ut ducas . rem tenes (*ex scholio ad* ut ducas: 'scil. praecaves' *efficitur in archetypo libri* M, *ut in* G, *in initio huius versus* praecaves *scriptum fuisse. In* D *traditum est prima manu* paves, *corrector id mutavit in* praecaves, *non in* caves, *ut Umpf. dicit; supra* praecaves *scholiasta posuit:* al. paves). 23 ipsus. 24 coerent — ad Chremem. 25 illoc. — *Versu* 26 *in* M *folium finitur, sequens incipit a versu* II, 5, 17 bona ·ı· pulchra; *unum igitur folium excidit.* —

— II, 5, 20 pro hoc malo — det malum.

— II, 6 Simo. Davȳ. *(in margine)* 6. potines. 9. aut tridui (*schol.* scil. est). 10 nosti. 11 ipsius (*error librarii pro* ipsus, *schol.* scil. Pamphilus) — recta — via. 17 nihil propter hanc rem — succenset. 20 dragmis — obsonatus.

— III, 1 Lesbia. Misis. Glicerium. Davus. Symo. 15 Glicerium Intus. 20 Hiccine.

— III, 2 Lesbia anus. Davus servus. Symo senex. 3 istec aut — post. 8 veritus est. 14 accurate. 15 Certe hercle nunc hic se ipsus fallit haud ego. Edixtin. 19 quasi non tibi renuntiata sint haec sic fore. 20 adsimularier. irrideor. 21 renuntiatum est. 24 egone — occepi (*schol.* id est coepi). 27 setius. 35 accersitum. 36 nihil moventur. 43 paratu.

— III, 3 Simo Chremetem (!). 6 Chreme (*item* 18. 29. 42). 14 si in rem est. 27 reducunt (*schol.* pro reducant). 30 dein. 38 restitueris (*schol.* pro restitues). 46 num censes. 47 heus. 48 ipsum.

— III, 4 Davus servus. Simo. Chremes. 2 audin tu illum. 6 idque adeo. 7 habeo iam tibi fidem. 15 ut apparentur. 23 erilem filium. 25 astutia.

Andr. III, 5 Pamphilus adulescens. Davus servus. 5 posthac incolumem. 6 sed quid. 7 id facere audeam. 8 nec quidem me. 10 obedum bone vir quid ais. 13 restituas (*schol.* pro restitues). — siem. 15 an non dixi hoc futurum esse.

— IV, 1 Carinus adulescens. Davus servus. 1 Hoccine est. 4 comparet — ah. 6 paululum. 9 res premit. 14 ⟨ubi⟩ opus est, non reverentur, illic ubi opus non est ibi verentur. 23 solidum visum est gaudium. 26 confecit sollicitudines. 28 cognoris. 36 enicas. 37 me esse ducturum. 44 hoc consilium. 45 defetigatus. 46 adgrediemur. 48 hoc converti malum. 53 capitis adire periculum. 55 Parum. 57 restitue in quem me accepisti locum. 58 concrepuit a Glycerio. 59 nuncine.

— IV, 2 Misis ancilla. Pā. adulescens. Charī. adulescens. Davus servus. 5 te ait. 14 adimet. 17 si id non poterit. 18 in proclive.

— IV, 3 Misis ancilla. Davus servus. 2 putabam. 9 incepturus. 15 cedo. 17 pro iuppiter. 20 ut tu.

— IV, 4 Chremes senes. Misis ancilla. Davus servus. 3 tun apposuisti. 12 dictura es. 23 tibi dico ego annon. 27 has semper fugi nuptias. 29 afferri. 32 quod. 35 dabit magis. 45. nec dum omnia. 48 credas. 55 paululum.

— IV, 5 Crito senex. Misis ancilla. Davus servus. 2 parare. 13 tetulissem (*schol.* id est detulissem). 18 eius. 19 grandiuscula. 21 libet.

— V, 1 Simo Chremes senex duo. 4 quam maxime. 6 vides — efficies. 8 honerare. 13 dum res tetulit (*schol.* aliter recte). 17 ficta *(item* E *quoque).* 22 nescio quid — obletus.

— V, 2 Davus. Dromo servus. Chremes senex. Simo senex. 13 audias. 15 faciem (*schol.* scil. eius). 16 severitas. 20 potes. 23 tamen etsi hoc. 24 tu cura. 27 ne sevi (*schol.* pro ne sevias). 30 hecquid te pudet.

— V, 3 Pamphilus. Simo. Chremes. 6 cogitat — pudet. 8 adeon inpotenti. 10 tamen hanc habere studeat. 13 officiundum tibi. 14 verbum vere. 23 at tandem (*schol.* aliter tamen). 24 Chreme — dicat sine. 28 ad me adlegatum. 32 paululum.

Andria V, 4. Pamphilus. Crito. Simo. Chremes. 5 civem hinc esse. 6 qua de re. 9 iactas. sanusne es. 12 sit vir. 13 adtemperate. 15 illum quod. 18 moveo — feres. 21 applicat. 23 tum is. 25 nomen tam cito tibi Phania. 26 certo. 29 euiam. 30 erige aures. 31 qui credis — ille. 33 postilla nunc. 35 hoc tanto. 38 quid istud est. 42 non patiar. 44 di bene ament — quod restat. 47 pater ait — id scilicet — Pamphile est (*schol.* aliter Pamphili). 51 qui non potest. 53 felicem hunc diem.

— V, 5 Charinus. Pamphilus. Davus. 5 parta est. 6 sed quem ego. 7 malim.

— V, 6 Davus. Pamphilus. Carinus. 3 nactus. 10 adibo — o Charine. 14 nunc est. 15 propere. 16 despondebitur (*schol.* id est explebitur, desponsabitur).

Eunuchus prol. 5 existimavit (*schol.* pro existimaverit) — sciat presumat. 6 quale sit prius. 7 vertundo. 9 fama. 10 atque a thesauris. 16 lacessere. 17 condonabuntur. 28 non qui. 35 uti aliis. 36 currentes servos.

— I, 1 Phedria. Parmeno. adulescens. servus. 2 arcessor. 5 neque. 7 expetet. 10 te victum. 14 iniuriae. 15 induciae. 25 ei ultro. 27 et amore ardeo. 31 afflictes. 34 ecca.

— I, 2 Thais meretrix. Phedria adulescens. Parmeno servus. 15 anime mi. 18 hunc exclusti foras. 20 arcessi. 22 astringo. 24 fictum. 28 tum ibi. 33 potuerat. 37 educare ita ut. 52 honesta. 54 vendit. 64 nunc eam ego. 65 cupiam. 69 parare. 70 quo fiat. 71 priores partes hosce (*schol.* scil. per) aliquod dies. 75 aut ego — parvola. 81 advecta est — praeripiat. 82 egone. 83 num (*schol.* vel nunc) ubi meam. 117 habeat fidem (*schol.* pro habet fidem, id est: forsitan putat meam fidem parvam apud se, ut non eum prae ceteris amem). 118 atque (*schol.* scil. forsan).

— II, 1 Phedria. Parmeno. adulescens. servus. 6 patiare. (*schol.* pro patiaris). 10 au memini. 11 obfirmare. 13 adient orsum (= adigent horsum). 14 defetiger — ingratus. 16 Fa-

ciunda (*pro* Eiciunda *cf.* D) — mihi indulgeo. 17 tandem — illa. 24 mirum ni ego me turpiter.

Eunuchus II, 2 Parasitus Gnato. servus Parmeno. 8 prae me contempsi. 13 at ego. 24 adventamus. 34 faciat. 38 isce hoc munere arbitrantur. 42 nihil quidem. 43 mancipium — animo est. 49 detineo. 52 hinc vis foras. 55 etiam nunc — eho num nam dic (*error librarii pro* hic) relictus. 59 ex pyreo. 60 at properans.

— II, 3 Chaerea adulescens. Parmeno servus. 9 alterum ullum (*error librarii pro* illum). 12 qui restiterim, tum autem quin illum flocci fecerim. 15 sum oblitus mei. 24 si qua est — diducunt. 25 etsi est bona natura — iunceas. 27 anni (*schol.* scil. quot sunt). 31 amisti (*schol.* pro amisisti). 40 delirare. 41 prorsus non. 63 duras fratris partis. 70 res est. 72 quid nunc is. 73 ut — ita ut. 81 tu illis. 97 facias. 99 defugiam.

— III, 1 Traso miles. Gnato parasitus. Parmeno servus. 4 huc. 8 quicquid. 12 gestare. verum. 16 quasi ubi. 17 abducebat sibi. 21 pendere (*schol.* pro pendebam). 32 iam audivi. 36 et pulpamentum. 38 tuumne obsecro hoc dictum erat. 39 effertur. 43 non iniuria. 44 purgem ego me de istac. 52 comesatum. 55 par pari. 58 iam dudum illi facile fit.

— III, 2 Thais meretrix. Traso miles. Parmeno servus. Gnato parasitus. Pithias ancilla. 1 visa sum modo vocem. 6 hem alterum. 7 gnatum. 9 an thais (M *igitur in archetypo suo legit:* ituran thais). 10 bene pol fecisti. 15 haud. 21 agis (*schol.* de isto). 22 contempnas. 37 adsentari huic animum induxeris. 41 non convenit. 45 rodio — in mente. 50 deducito.

— III, 3 Chremes adulescens. Pitthia ancilla. 16 *et* 17 haec quis (= ecquis). 20 verum ea si vivit. 24 hecquis (*schol.* pro et quis). 26 insidias mihi. 29 nihil minus. 30 malam in rem. 31 ut illuc.

— III, 4 Antipho adulescens. 1 aliquot — coiimus in pireo. 5 homo ipse est. 8 quid hoc. 10 nisi quicquid est — sciscitari.

Eunuchus III, 5 Antipho adulescens. Chorea adulescens. 6 iam rogitando. 8 nactus — sanus sim. 11 laetus sis (*schol.* pro es) — satisne sanus — aspectas. 12 Quid taces o festus dies hominis amice. 13 nemo est omnium. 14 quid siet. 22 etiam tum. 23 arripui. 24 cum illo — me illoc deducier. 27 parva ratio. 29 tibinc. 33 circa. 34 hae. 37 dane. 39 inpendio. 40 et per alienas tegulas. 43 Ego hoc homuncio non facerem — ita. 45 ille conlocarunt. 46 spectans. 50 quis — flabellum. 53 aspecto. 55 satin. 56 quicquid tum fatue. 59 simbolis. 63 porro autem.

— IV, 1 Dorias ancilla. 11 accerse — exclamat. 12 tendere.

— IV, 2 Adulescens Phedria. 4 reputo. 5 inpudens (*schol.* inscius quid facerem) — abieram. 6 malem me (*error librarii pro* male me) habens. 10 nihil est . quid nihil. 11 non potest. 12 extrema linea. 14 hoc est.

— IV, 3 Pithias Dorias ancille. Phedria adulescens. 1 Ubi illum ego. 9 egon — i hinc quo dignus es. 10 tam inlepidis. 20 ille. 21 siet. 23 At pol ego amatores audieram mulierum esse eos max. 24 postesse (*schol.* pro posse).

— IV, 4 Dorus eunuchus. Phedria adulescens. Pitthias Dorias ancillae. 3 carnifex. 4 mutatio. 5 Pithias (*schol.* scil. o). 7 o factum. 13 nam quem alium. 14 illum (*schol.* pro ad illum). 18 paululum intersiet. 22 haec fabula. 23 rediis (*error librarii pro* redigis). 37 huic. 38 etiam nunc. 48 Oi ei — quo modo hinc. 49 actum est. 50 tegnam. 51 ubi referam gratiam. 52 Sed nunc quid faciendum censes Dorias. 53 praedicem. 54 scias (*schol.* pro scis). 56 Chremen.

— IV, 5 Chremes. Pithias. 1 atat (*item* 756). 4 Chremes. 7 multo.

— IV, 6 Thais. Chremes. Pithias. 3 ineptias. 5 expecto. 10 educta est ita. 13 Chreme (*item* 765). 20 existumes. 29 cognosce. 31 fac haec.

— IV, 7 Traso miles. Gnato parasitus. Sanga. Simalio Siliscus. Donax. Lolarius. Chremes. Thais. 2 dorax. 4 male mulcabo — vecte donax. 5 dextrum. 7 portes (*schol.* pro

portas). 9 hoc non posse fieri. 12 illuc est sapere — ipsus sibi cavit loco. 13 iam hoc Pyrrus. 15 qui tibi nunc vir — esse hic. 23 hos dies mihi soli. 25 illo — clam te. 26 nisi si vi mavis. 30 res sese habeat. 37 in illam. 38 tune. 40 Satis hoc tibi est. Idem hoc tu agis Thais. Quaere qui tibi respondeat. 41 quin. 46 animus est.

Eunuchus V, 1 Thais. Pithias. 9 venefica. 20 videsne.

— V, 2 Chereas. Thais. Pithias. 8 fugitando. 13 abiturum. 15 veritus (*schol.* scilicet es). 17 paululum. 44 cavendum intellego. 51 operirier. 55 dum is venit. 65 apage te.

— V, 3 Pithias. Chremes. Sophrona. 3 supposuit.

— V, 4 Parmeno servus. Pithias ancilla. 4 omittam. 11 cognoverit. 17 vorent (*schol.* id est devorent). 21 Parmeno. Pithias. 23 ne id viderem. 24 in eum. 25 illa haec. 35 minitatur. 36 velim. 37 an non tibi hoc (*schol.* scil. tantum iuvenem dehonestare). 47 subveniat.

— V, 5 Lachesis senex. Parmeno servus. 26 intro inrumpere. 28 nisi quia necesse.

— V, 6 Pithias ancilla. Parmeno servus. 4 quid autem hoc est. 9 narrari. 15 quid est.

— V, 7 Gnato parasitus Traso miles.

— V, 8 Cherea. Parmeno. Phedria. Gnato. Traso. 11 pelletur. 15 illum qui. 23 quanto minus spei est. 25 precibus pretio (*schol.* scil. et). 26 collibuit (*schol.* scil. facere) est facile (*schol.* scil. tibi, ut aliquam habeam apud Thaidem familiaritatem). 27 premium (*schol.* scilicet et). 32 cur te ergo. 36 sic erit. 38 concede paulum. 39 credere ambos. 40 maxume causa. 44 bene et libenter *(item* G *quoque, id quod Umpf. fugit).* 45 paululum. 47 ad omnia haec. 56 istoc.

Haut. prol. 6 simplici. 10 nunc — didicerim. 16 malevoli. 18 hic non negat. 19 id pigere. 45 sin.

— I, 1 Chremes. Menedemus. senes II. 13 servos compluris (*schol.* scil. habes). 20 dices me. 21 quod (*schol.* pro quid). 23 in illis exercendis. 23 tantumne

ab re tua est otii tibi. 25 humani nihil a me alienum puto. 28 opus est facto. 30 quid istuc. 31 Quaeso quid (*schol.* deest ut) — eheu. 40 meritum meum (*schol.* scil. est). 42 ad quod. 43 quid istuc (*schol.* cur ita loqueris). 44 chorinto. 66 clam me est profectus. 67 etsi illud. 69 ex his. 83 dignum quovis. 87 quacrens parcens. 101 neq. tu satis. 102 nec te ille — hoc qui fit. 113 inpulerim. 114 sicine est sententia. 115 lacrumas. 116 sed ut diei tempus est. 117 monere (*schol.* scil. oportet).

Haut. I, 2 Clitipho. Clinia. Chremes. 6 Quid idem (*error librarii pro* Quid id est). 18 se miserum esse — minus credere. 25 illenc. 27 aliquanto. 29 hunccine. 31 Unius modi. 33 atque haec sunt. 34 ubi animus semel.

— II, 1 Clitipho. 1. in omnis (*schol.* accusativus). 5 facillime. 7 ut meus.

— II, 2 Clitipho. Clinia. 3 multae opiniones quae mihi animum. 10 longius abesse (*schol.* scil. domum illius).

— II, 3 Syrus. Dromo. Clitipho. Clinia. 10 quid istuc. 12 ea censes. 20 dolet monuisse — expellere. 21 cum gratum. 28 nequid huius. 48 nulla mala re esse expolitam muliebri. 49 capillus passus prolixus. 55 ⟨ita⟩ ut hic d⟨icit⟩. 56 scin tu hanc. 72 heus tu. 75 fugerit. 78 mitte ista. 79 multis modis. 80 Clitipho est — audiundum. 86 etsi hoc consilium. 90 tibi vis. 92 tuam amicam huius amicam (*schol.* scil. esse) Pulchre . cedo — faciet sua. 94 deducetur. 97 istuc (*schol.* pro istud). 98 istius modi — repperi. 99 revortantur. 102 boni est. 107 Syre Syre. 116 neglectui est. 117 istum. 119 necesse — te amo. 124 nam miserum quendam offendi ibi militem. 127 ut esset apud te (*schol.* ob hoc faciebat). 133 tutemet. 135 non est tua. 138 salutare — sapis.

— II, 4 Bachis. Antiphila. Clinia. Syrus. 3 ita me dii ament. 10 inmutata. 11 nisi prospectum. 14 devincimini. 17 vah. 21 ingenio.

— III, 1 Cremes. Menedemus. 11 egregie. 16 magis ⟨cupio⟩ tanto magis desidero. 25 propter peccatum . tum hoc timet. 27 non tu ei dixisti — Chreme. 35 commeare.

37 ingratis. 43 satrapes. 48 pitissando . 52 omnis sollicitos. 64 consusurrat. 65 consilia adulescentes. 67 pecunia. 68 id demus. 70 proditurum. 72 nequitiam. 75 Quod cum cumque (*schol.* thmesis). 76 putavit — quod petet. 77 et illum. 78 denegaris — illum. 80 minitabitur. 89 paulum hoc. 95 iudicent (*cf. tamen schol. ad* 506: per vices sumus nimio gaudio praepediti, per vices nimia tristitia; propter hoc solent alii diiudicare nostra facta melius quam nos, quia animus aut gaudio titubatur aut aegritudine demergitur). 100 adprehendendus.

Haut. III, 2 Syrus. Chremes. 1 inveniundum est. 3 id struere. 9 visa vero est (*schol.* scil. in te). 11 haec est meretrix . sane idem visa est mihi. 16 atq; — is. 19 istum servolum. 24 difficilem invitum. 29 iam huic.

— III, 3 Cremes. Clitip. Syrus. 9 animum advortunt. 18 istic. 19 functus (*schol.* scil. ut sis). 21 pergin hercle. 23 actum est (*schol.* deest si) — indicarit — effero. 27 istorsum. 28 extrudis. 30 credis. 33 si sapies. 36 quid id est. 38 pessuma. 41 reliquid. 43 ad uxorem tuam (*schol.* scil. ingressa). 44 Clinia. 45 post daturum — et poscet quidem (*schol.* vel poscit). 47 ex Caria. 51 qui.

— IV, 1 Chremes. Sostrata. Syrus. Nutrix. 3 isne tibi videtur. 4 at — contemplata sis. 7 quid siet (*schol.* pro quid sit). 10 adversum edictum tuum. 16 anus Corinthia aut impura. 17 tantamne — in animo — inscitiam (ci *in litura*). 18 at rogitas. 19 quidem. 20 ac facere omnia. 25 abs te prospectum est quid voluisti. 32 gnatu. 40 hic is. 43 non advorti. 48 olim fecisse. Id quod iusseram. 49 mulieris — filterae. 52 in tollenda.

— IV, 2 Syrus. 5 me latere tecto et abscedere. 9 quid si sic. 10 At sic opinor — optumam habeo. 11 hercle opinor — argentum tamen (*schol.* id est fraudem).

— IV, 3 Clinia. Syrus. 2 oborta. 6 audistin — qui usque una afuerim. 7 cui aeque. 14 quid faciam misire. 16 hoc non ages. agam. 19 Noster — resiscet — hanc. 23 quin (*schol.* id est certe). 29 prodis. 31 effero.

37 parvicuras (*schol.* parvicuras una pars: parvicuro, parvicuras et est parvi pendis).

Haut. IV, 4 Bachis. Dromo. Clinia. Syrus. Phrigia. 5 renuntiarit — cum spe. 9 audistin. modo homo iste. 12 adservari. 15 abi — ego hic maneo. 22 traduce. 26 sapies.

— IV, 5 Cremes. Syrus. 10 exoptabam. 22 immo sic satis. 27 quam ob rem istuc (*schol.* scilicet uidebit *cf.* D). 31 despondeo. 34 verum ut simulares. 35 neme. 36 sim. 37 scite poterat fieri. 38 iusseras. 42 aliud. 45 datum est. 48 malitia est. 50 omnes te in lauta et bene acta parte putant. 52 in hunc.

— IV, 6 Clitipito. Syrus. 7 perduint. 14 tibi vis dicam. 19 unde id. 21 homo sum.

— IV, 7 Chremes. Syrus. Clitipho. 1 eccum hic tibi. 2 dixtin. 3 I (*schol.* exhortantis est). 10 adposcent.

— IV, 8 Menedemus. Chremes. 4 et me et familiam. 5 cedo quid vis. 7 quid hominis. 10 erravi. sic res acta est. quanta de spe cecidi. 11 haec. 12 et tu credis omnia. 13 et illum aiunt velle uxorem ut cum desponderim. 21 perfice hoc mihi perpetuo. 28 istam rem. 29 sed haec ista ut sunt.

— V, 1 Menedemus. Chremes. 1 id certo scio. 4 in stultum. 8 dictum sit centies. 11 dixi nuntiastin. 21 prorsus. 24 sed te miror. 26 suboleat. 27 mitto (*schol.* pro omitto). 31 dictum ac factum. 39 communi (*schol.* id est amicabili). 41 ha ha he. quid ni. 52 fac te ⟨patrem⟩ esse (*schol.* scil. ut). 55 habeat (*schol.* id est pergat) — multo malo. 57 pergam. 59 quot incommoda — capies. 63 malis — affines. 68 dictu. 70 id emirari. 72 illius. 74 mitte (*schol.* pro dimitte). 75 age iam — paret (*schol.* id est praeparet se). 77 Sed Syrum. Quid eum. 80 facere haec.

— V, 2 Clitipho. Menedemus. Chremes. Syrus. 1 quaeso est. 3 facinus. 11 neque tu egeris neque ⟨ut⟩ haec posses perdere. 12 ubi cuicui decuit. 14 Ibi. 24 nec tibi nec huic. 26 abalienavit. 27 etiam fame. 32 quid id ergo — horum te — quid istuc. 33 quod mihi in mentem. 34 dum nulla alia (*schol.* scil. fuit). 44 adulescens quam — spe situs. 46 haud scio.

Haut. V, 3 Sostrata. Chremes. 12 inquam. 13 Confitere tuum non esse.

— V, 4 Clitipho. Sostrata. Chremes. 7 atque hoc.

— V, 5 Menedemus. Chremes. Sostrata. Clitipho. 6 egone mea. 9 quid istic. 16 dabo puellam lepidam. 20 Quid istic. 21 archonidis filiam.

Phorm. arg. 1 aberat. prol. 2 a studio. 4 antehac. 11 et magis placerent. 18 ab studio. 21 quod ab ipso. 24 adtendite. 32 motus loco (*schol.* scil. a).

— I, 1 Davus. Geta. 4 adfero. 10 defraudans. 12 partum (*schol.* sit ab ipso). 15 omne hoc. 16 mittundi.

— I, 2 Geta. Davus. 6 si quis quid. 8 quid istuc. 10 perpexeris (*cf.* G). 12 tibi dico (*schol.* id est adtribuo). 20 O regem me esse oportuit. 23 usum (*schol.* scil. per) venit. 34 quid daretur. 37 operam dabamus. 41 illic. 46 la mentari (*cf.* G). 47 exadverso. 49 miseritum est (*schol.* pro misertum est). 51 commorat omnes nos. 54 et quo magis diceres. 57 vestitus — ut ni vis boni. 58 ipsa (*schol.* scil. in). 62 recta. 72 fiet. 73 qui illum dii omnes perdunt. 75 proxumi. 76 eis. 77 scribam dicam. 80 cognata tibi sit. 82 vincam scilicet. 85 persuasit. 90 abeam (*schol.* pergam). 93 addit (*schol.* dicet). 94 pedagogus — cytharistriam. 95 quid rei gerit. 102 huc.

— I, 3 Phedria. Antipho. 1 rem (*schol.* scil. meam). 4 facinoris mihi conscius sis. 9 consuetudinem. 12 certo (*schol.* pro certo) — haec. 14 depecisci. 16 nactus es. 24 iussit amittendi. 25 Sed quid est hoc. videon ego Getam currentem huc advenire.

— I, 4 Geta. Phedria. Antipho. 1 mihi (*schol.* vel tibi). 2 tanta te impendent. 3 extraham. 4 *post hunc versum interpolata erant:* quae si non astu etc. 9 loquar. 12 vidissem (*schol.* providissem). 13 convasissem — protinus. 17 sanus es — revocemus hominem. 18 satis pro imperio — es — obviam. 19 cedo. 32 adsimulabo. 35 protemlet. 39 mane mane. 40 Phanum. 45 aufer mihi oportet. 46 vostra oratio. 47 noxiam. 48 vincibilem. 50 et vallidiore. 52 deficies.

Phorm. II, 1 Demipho. Cetra. Phaedria. 2 age. 4 reperient. 5 repperi iam. 6 audio et fateor. placet. 12 ferant. 13 semper cogites. 15 nequid animo sit novum. 16 quicquid. 19 molendum (*schol.* scil. scio) — usque. 20 opus ruri faciundum. 25 advenire (*schol.* scil. gaudeo). 29 ante id suscenses — o artificem. 32 factum esse (*om.* me). 35 unum cognoris. 36 hic inoxia est. 37 cum ille est. 41 rei temperans. 45 nostram culpa ea est. 46 adimunt diviti. 49 qui possit noscere. 60 horunc. 61 in hac re facere voluisti tibi. 71 postremo si nullo alio pacto.

— II, 2 Phormio. Geta. 1 patris ais conspectum. 7 cedo. 15 audisti mihi. 16 qui istuc — tenditur. 18 in illis fructus est in illis opera. 19 abradi. 21 et sapiunt quidem mea sententia. 27 tibi fit (*schol.* vel sit). 31 hunc habeas.

— II, 3 Demipho. Phormio. Geta. 1 Enumquam. 3 ages. 15 homo iam grandior. 23 nostram. 26 carcere. 36 qui agis. 37 sobrium tuum — enicas. 40 hem. 41 noris. 42 Stilpo. 46 relinquisset. 51 heu noster. 63 dotem — abduce. 66 itidem — sis. 71 quam ob rem. ohe. 75 dampnatus. 80 advorsum. 81 hic nos. 83 ferendum feras. 86 concordabis.

— II, 4 Demipho. Geta. Egio. Cratinus. Crito. 5 abi tu vise. 16 inceptum est. 21 id exequar. 24 ipsum.

— III, 1 Antipho. Geta. 4 nam ut erant (*schol.* utcumque). 6 cuius. 10 subdolet — GET. NESCIO. ANT. AH. 12 ut in aliis.

— III, 2 Phaedria. Doria. Antipho. Geta. 2 millies. 4 nequeo. 5 adferres. 7 non mihi — hariolare. 15 ut faleratis — duces gratis. 16 ei veris vincor. 23 istuc mihi in hoc est. heia. 24 numquid hic confecit. 26 emptam suo. 29 opertus. 30 obtunde. 33 horunc — poterin. 41 stercilinium. 44 huiusce modi. 45 is me. 46 sed ut haec sunt tamen hoc faciam.

— III, 3 Phedria. Antipho. Geta. 1 unde ego nunc tam subito. 3 hunc. 4 dixi adiuverit. 7 sed id. 12 Geta alienus sum. 18 quoquo hinc asportabitur terrarum. 21 faxit. 26 iam feres. 28 et feret.

Phorm. IV, 1 Demipho. Chremes. 13 tulero extrario. 14 aut unde mihi sit. 16 adfinem. 18 spreverit me. 23 deficiscar — experier.

— IV, 2 *Non est nova scaena in* M, *in margine additum est:* Geta servus. 3 argento — quo pacto. 9 operiri. 13 commodius est opinor.

— IV, 3 Antipho. Geta. Chremes. Demipho. 10 id quidem agitans. 16 inter vos. 19 amici omnes modo. 21 evadet. 25 pone ⟨esse⟩ victum meum. at tandem tamen. 28 eo dic quid velis. 31 satin — sat scio. 38 quantum libuit. 53 istanc uxorem dari. 64 inpuratus 69 potes. 70 amittam.

— IV, 4 Antipho. Geta. 5 ad restim. 9 utibile (*schol.* pro utile). 10 spes patri (*schol.* scil. meo). 23 id ille istis (*schol.* chremeti et demifoni) reddet. 26 per inpluvium. 27 ariolus.

— IV, 5 Demifo. Chremes. Geta. 4 factū est at matura. 5 illa. 7 abit. 8 suscenseat. 11 id fert. 12 adprobat.

— V, 1 Sophrona. Chremes. 4 adhulescentis. 9 agam. 11 ea ipsa est. 15 appellassis. 16 dictitasti. 19 effutiretis. 20 hem istoc. 34 sola. 35 sit (*schol.* est).

— V, 2 Demipho. Geta. 5 confingat (*schol.* conficiat). 7 gesserimus (*schol.* pro gessimus). 14 in praesentia (*schol.* in praesenti). 15 vorsuram solves.

— V, 3 Demipho. Nausistrata. 3 adiuvas ac re dudum opitulata es. 5 parta (*schol.* parata). 8 ac (*schol.* de) — duo talenta. 12 Nausistrata. Chremes. Demipho. 14 ei *(item in* D, *supra versum additum).* 15 locutus cum ista es. 17 quia aliter utrique uterque (*cf.* D). 20 cave (*in* D *supra* cave *additum est* vide). 22 concedes. 23 neque intellegis — narres. 35 id potuit.

— V, 4 Antipho. 1 ut ut. 2 eiusmodi parere in animo. 3 quibus (*schol.* propter quas) — advorse scient. 7 ostenta.

— V, 5 Phormio. Antipho. 2 propria ea Phedria ut potiretur.

— V, 6 Geta. Antipho. Phormio. 4 mihi cesso. 8 re-

vocari — institueris. 10 vapulabis (*schol.* id est vapulabo si remansero). 16 delibutum — enicas. 22 in gineceum. 23 resupinat. 34 utin.

Phorm. V, 7 *Non est nova scaena in* M. 5 ingratis his. 6 datum erit. 7 capiendus. 8 concedam.

— V, 8 Demipho. Chremes. . . . . Phormio. 20 viduam extrudi. 47 quid id nostra. 76 Non (*schol.* nonne). 77 ain tu tandem. 79 contumelias. 80 veneas (*schol.* vendas). 90 enim solus — huc. 96 exclude.

— V, 9 Nausistrata. Demipho. Phormio. 2 obticuisti. 5 me enica. 16 duint. 33 sed quid sperem aetate porro minus peccaturum putem. 35 expetenda est (*schol.* scil. quam tunc esset).

Hecyra. *in margine:* Haec fabula hic interposita. transi hinc ad secundum folium sequentis quaterni⟨onis⟩. In eo quoque inve⟨ne⟩ris in formione.

— argumentum 7 ad se — revertitur. prol. I, 8 quaeso hanc cognoscite. prol. II, 5 vanesceret. 6 his — Cecili 43 maxume. 44 tutelam. 47 causam hanc.

— I, 1, 8 quemque. 9 ut ineximinum. 11 paret (*schol.* id est praeparet).

— I, 2, 31 dii ament (*schol.* scil. bene). 35 non tu. 43 se senem. 60 deducit. 62 nihilo. 64 plus potes se illa. 90 pudens modesta. 93 huiusce. 95 nactus est. 102 primum — complusculos. 112 accersunt.

— II, 1 Senex. mulier. Laches. Sostrata. 15 decreverunt. 16 exorere. 17 egone — quae (*schol.* me *cf.* D). 39 una plus. 40 te ad eam. 42 aliam (*schol.* ullam). 44 placita condicio est.

— II, 2 Senex. idem. mulier. Lachus. Phidippus. Sostrata. 3 lubidini. 28 alii.

— II, 3 Sostrata mulier. 4 excusatu.

— III, 1 Pamphilus. Parmeno. adulescens. servus. 8 at sit citius. 17 illinc. 31 eum infirmum. 33 conciverit. 35 prorsum. 41 id (*schol.* scil. si *cf.* D.) 42 id non mihi. 49 intro admittere. 53 intulisse. 54 siet.

Hecyra III, 2 Mulier. servus. adulescens. Sostrata. Parmeno. Pamphilus. 4 istic (*schol.* ab ostio Philumenae). 8 stulte dico.

— III, 3, 5 ut corripui. 8 me derepente. 13 intro ii. 30 labore (*schol.* scil. tuo). 46 perpetuo es bona. 48 huic.

— III, 4 Parmeno. Sosia. Pamphilus. servus. idem. adulescens. 24 illic. 36 hisce.

— III, 5 Senes II. adulescens. Laches. Phidippus. Pamphilus. 1 filium se. 2 quam causam. 4 certum est obfirmare. 5 agebam. 8 reliquid. 13 quicquid — obfuit. 25 in me iniqua est. 37 quod vellem meritam. 43 si sanus es satis. 55 iam (*schol.* et).

— IV, 1 Mulier. senex. Mirrina. Phidippus. 4 qua (*schol.* scil. pro). 16 peperit. 19 advorsum. 20 culpam hanc. 21 ita esse. 25 mavolo. 34 Tum. 37 ac raro haec fecit nonne dissimulare. 39 si is. 40 consuesset — hominem ducerem. 53 levius sit.

— IV, 2 Mulier. adolescens. Sostrata. Pamphilus. 8 pietatis. 17 istaec res.

— IV, 3 Senex. mulier. adolescens. Laches. Sostrata. Pamphilus. 2 possis. 3 fortasse post. 6 dixi (*schol.* scil. tibi, Sostrata, ut componeres). 8 facturus. 12 nescias. verum id tua — illae. 13 abierit.

— IV, 4 Senes II. adolescens. Phidippus. Laches. Pamphilus. 6 aperiam. 8 vereatur. 23 caelatos. 43 reducta. 71 causas falsas. 75 istorum tibi. 82 tollent. 97 curre puer.

— V, 1 Meretrix. senes II. Bachis. Laches. Phidippus. 9 quaestus. 11 nam iam aetate. 12 acuro. 21 neque haec (*error librarii pro* hoc) ille animo erit — eadem (*schol.* iuvenili) aetatem (*schol.* scil. eris). 39 facias. sed reprimam me.

— V, 2 Phidippus. Laches. Bacchis. 16 dissidio. 18 quia non tute. 21 hiis. 24 hae. 31 nobilitatem ex eo et rem. 32 referetque — iunget.

— V, 3 Parmeno servus. Bacchis meretrix. 8 iam pudebat hercle. 13 cognosce. 27 nactus. 41 mihi eveniret.

HecyraV,4 Pamphilus adolescens. Parmeno servus. Bachis meretrix. 2 conitias. 11 boni quid sit scio. 13 ingratum putas. 21 unus hominum homo. 25 patri (*schol.* meo). 26 muttito — commediis (*schol.* comessationibus). 37 immo vero scio.

Adelphi. argum. 2 Mitioni. 5 famamque amoris. *prol.* 4 et vos eritis iudices. 5 id *om.* 6 Sinapothnes contes. 8 eripit. 10 reliquid.

— I, 1, 2 advorsum. 5 dicit. 13 vah. 24 idem earum (*cf.* V. idem *error librarii pro* id est, *utrumque in libris scribitur* id ē). 25 idem. 29 consuefeci filium. 30 insuerit. 37 petat (*error librarii pro* potat) — his — sumptus. 39 nimium ipse est — praeter aequumque et bonum. 49 patrium. 51 hoc qui nequid. 53 hic ipsus.

— I, 2 Demea. Mitio. senes II. 1 oportune. 2. 3 Aeschinus siet. 4 quid is fecit. 12 quod. 24 sivit. 25 tu. 28 nunc facere. 36 maxumam. 41. 42 est, dis gratia, et unde. 52 illum est quem dedisti. ha ha Micio. 53 quid istuc. 72 defervisse. 73 quicquid.

— II, 1 Samnio. Heschinus. Parmeno. leno. adulescens. servus. 12 iusurandum dabitur te esse. 13 praestrenue. 14 nunc tu iam. 19 O miserum facinus. geminabit nisi caves. ei miseriam. 27 perges esse (*schol.* id est persistis). 33 cupio, aequi. 36 id restat. 48 ariolor. 53 musitanda. 54 egomet mecum h. r. deputo.

— II, 2 ESYRVS. SANNIO. servus. leno. 6 quid agerem. 8 neglegere. 12 nescis inescare. 19 hoc inceperunt. 20 illud (*schol.* pro illuc). 33 dividuam. 38 defraudet. 40 ut haec (*schol.* id est utcumque) — fata.

— II, 3 Ctesipho. Syrus. adulescens. servus. 3 quid ego nunc te laudem — certe. 9 postputavit. 11 nihil potest supra.

— II, 4 Adulescentis II. item duo. Eschinus. Ctesipho. Sannio. Syrus. 1 offert. 2 quaero — quid sit. 3 tristitiam. 6 quam quod. 11 ex patria. 18 absolvito⟨te⟩.

— III, 1 Mulier. nutrix. Sostrata. Cantara. 8 erae natae (*item in* G, *non ut Umpf. dicit* e re nate).

Adelphi III, 2 Geta. Sostrata Cantara. 11 satis quae loquitur. 20 post haec. 22 inpertire. 26 animum. 31 hisce. 33 nostram vitam omnium. 49 quem ipse amiserat. 52 accedo.

— III, 3 Senex Demea. 1 disperi. 4 qui alicui rei est — ad nequitiam adducere. 5 ganeum. 10 Syrus. Demea. servus. senex. 12 nihil quicquam vidi laetius. 14 id dedissem. 17 est sane. 49 hereret. 76 nos facimus. 79 recte. 88 homo antiqua. 89 Aud — quid (*schol.* id est aliquid). 91 nunc libet. 92 operiar.

— III, 4 Egio. Geta. Demea. Cantara. senex. servus. senex. mulier. 6 pater is nihil pendit. 14 salvaere. 31 deserat. 36 abduce. 40 Intus (*schol.* scil. clamabat parturiens Pamphila). 43 vestram nunc. 46 voster animus. 64 evadet.

— III, 5 *Nova scaena incipitur, sed deest index.* 2 consolare (*schol.* pro consoleris).

— IV, 1 Ctesipho. Syrus. adulescens. servus. 8 quod si abesset longius. 11 rogabit. 12 in mente est. 15 interdiu. 17 es. 18. fervet. 23 potine.

— IV, 2 Demea. Syrus. Ctesipho. senex. servus. adulescens. 1 primum fratrem. 2 mercennarium. 4 quid est (*schol.* quid agis). 5 infelicitatis (*schol.* scil. est). 29 sensit. 38 quidnam. 46 iligneis. 49 otiose. 50 in amore est totus. 51 adibo. 52 sorbillans.

— IV, 3 Micio. Egio. senex. 4 expostulent. 16 neglegi.

— IV, 4, 5 quid (*schol.* scil. potest). 10 hinc. 11 adsiet. 17 esse hanc. 18 age omitto. fieri.

— IV, 5 Mitio. Eschinus. senex. adulescens. 2 facito — haec acta. 5 tacet. 6 voluit credere. 10 quid istic est. 15 commigrarunt. 23 commenta est mater (*schol.* pro commentata). 36 quis despondit. 40 expectantem. 42 advorsumne. 48 amisisse in me. 50 sies. 54 id venit. 61 nolim 66 quantum potest. 76 iniecit. 77 ne inp⟨r⟩udens forte faciam.

— IV, 7 Micio. Demea. 5 ohe iam. 24 arte. 26 abicienda — vel gratis. 28 pro divum. 33 eadem haec.

Adelphi V, 1 Syrus. Demea. 3 omnium rerum. 8 tun. 12 potasti.

— V, 2 Dromo. Demea. Syrus. 6 manus. 11 vini.

— V, 3 Micio. Demea. senes duo. 3 quaerar. 5 clamat scilicet. 10 inter nos hoc. 11 ortum est (*schol.* id est exortum est id est primum). 14 curemus (*alterum u a correctore in i mutatum est)* amicam — numquid. 22 facito haec. 28 tu istanc tibi optine. 31 omnia haec. 39 non quod — sed quod. 44 reducas. 51 subvertant. 58 illic. 60 atque illi.

— V, 4, 16 his (*schol.* scil. filiis). 25 magni pendi. V, 5, 1 rogat frater.

— V, 6 Geta. Sostrata. V, 7, 9 turbam. 10 orto — — dilui. 15 admittet.

— V, 8, 14 sat insanus es. 18 hoc non. 27 multum sit.

---

§ 4. Qui fructus ex libro Monacensi capiatur.

Auctoritas libri Monacensis in his rebus posita est:

I. lectiones quasdam bonas, sed ob discrepantiam librorum dubias confirmat, velut Andr. I, 1, 61 simbolam, I, 2, 10 interoscitantes, I, 5, 2 si hoc non contumelia est, II, 6, 20 obsonatus, IV, 1, 57 in quem me accepisti, V, 1, 17 ficta, Haut. II, 3, 12 unde esse ea censes, Phorm. I, 3, 24 ius sit amittendi, II, 1, 60 *et* III, 2, 33 horunc, Hec. IV, 4, 97 curre puer.

II. ut G, ita ipse quoque M formas vetustas diligentius quam ceteri servavit, cf. e. g. Eun. prol. 7 vertundo, III, 2, 7 gnatum, Haut. IV, 1, 32 gnatu, Eun. IV, 6, 20 existumes, IV, 7, 12 ipsus sibi, Ad. I, 1, 53 hic ipsus, Eun. V, 8, 40 maxume, Haut. I, 1, 13 compluris, II, 1, 1 in omnis, III, 3, 38 pessuma, IV, 1, 43 advorti, Phorm. I, 2, 75 proxumi, I, 4, 46 vostra, II, 3, 80 advorsum, Ad. IV, 5, 42 advorsumne, Hec. II, 2, 3 lubidini.

III. adversus aut omnes aut plerosque libros ceteros

cum Bembino consentit his locis: Andr. V, 3, 28 ad me adlegatum, Eun. I, 2, 70 quo fiat (*omisso* id), I, 2, 83 num ubi, II, 2, 24 adventamus, II, 2, 34 faciat, II, 3, 24 diducunt, III, 1, 12 gestare, Haut. III, 1, 76 putavit, V, 1, 55 habeat, Phorm. prol. 2 a studio, II, 4, 16 inceptum est, V, 6, 4 mihi cesso, Hec. I, 1, 8 quemque, I, 2, 31 di ament (bene *a scholiasta explicandi causa additum est. Donatus hanc lectionem tradidit:* 'amabunt pro ament'; amabunt *igitur vera lectio habenda est, cui Donatianum illud scholion* 'pro ament' *explicandi causa superpositum est. id paullatim in omnes libros irrepsit. Postea ad metrum restituendum* 'bene' *insertum est*), III, 1, 31 eum infirmum, III, 2, 8 stulte dico (A: iudico, *ceteri*: duco), III, 5, 55 decedet iam ira, IV, 1, 40 consuisset, Ad. II, 4, 2 quaero, III, 2, 11 satis quae loquitur, III, 3, 14 qui id dedissem, IV, 5, 10 quid istic est rei, IV, 5, 54 id venit.

IV. coniecturis quibusdam auctoritatem attribuit, velut Andr. I, 2, 31 circummitione (*ceteri:* circuitione, *Bentleius:* circum itione), IV, 4, 12 dictura es (*ceteri:* dicturane es, *Bentl. delevit* ne), Eun. I, 2, 18 exclusti (*ceteri:* exclusit), I, 2, 117 forsan *(quod etsi non in lemmate positum est, tamen ad* atque *in versu* 118 *interpretandi causa additum legitur),* V, 8, 38 concede paulum (*ceteri:* paululum), Phorm. II, 3, 42 Stilpo), Ad. II, 3, 9 postputavit (*ceteri:* postputarit).

V. ope libri Monacensis adiuti apparatum criticum editionis Terentianae multis lectionibus supervacaneis liberare poterimus; nam nunc in omnibus libris Terentianis, et in recentioribus et in ipso Bembino, lectiones deprehenduntur, quae a scholiastis olim superpositae paullatim in ipsum textum irrepsisse cognoscantur, cf. Andr. I, 3, 7 in *ante* nuptiis *(scholiasta* in *deesse diserte testatur, cum addit:* deest in; *neque dubium est, quin nemo hoc loco praepositionem desideret, quamquam Bentleius eam commendat: sed quia in* D *librum irrepsit, nunc vulgo recepta est),* Andr. II, 6, 9 est *post* tridui, III, 2, 24 coepi *pro* occepi, III, 3, 27 reducant, III, 3, 38 *et* III, 5, 13 restitues, IV, 5, 13 detulis-

sem, V, 1, 13 recte, V, 2, 15 eius, V, 2, 27 saevias, V, 6, 16 desponsabitur, Eun. I, 2, 71 per, I, 2, 117 habet, II, 1, 6 patiaris, II, 3, 27 quot sunt, III, 1, 21 pendebam, III, 3, 24 et quis, IV, 3, 24 posse, IV, 4, 5 o *ante* Pythias, IV, 7, 7 portas, V, 4, 17 devorent, V, 4, 37 tantum iuvenem dehonestare, V, 8, 25 et *ante* pretio, V, 8, 26 ut aliquem locum familiaritatis apud Thaidem habeam (*verba* novi te, *quod equidem viderim, in* G *punctis deleta non sunt*), V, 8, 27 et *ante* praemium, Haut. I, 1, 13 habes, I, 1, 21 quid, I, 1, 31 ut, II, 2, 10 domum eius, II, 3, 97 istud, II, 3, 127 ob hoc, III, 2, 9 in te, III, 3, 23 si, III, 3, 43 ingressa, V, 1, 27 omitto, V, 1, 52 ut *ante* sentiat, V, 1, 74 dimitte, V, 1, 75 praeparet, Phorm. prol. 32 a *ante* loco, I, 1, 12 sit, I, 2, 12 attribuo, I, 2, 23 per *ante* usu, I, 2, 49 misertum est, I, 3, 1 meam, I, 3, 12 pro certo *(in* D *hoc loco ut in* G *prima manu scriptum est* certe, *huic deinde scholion* pro certo *superpositum est, posterior denique manus* certe *in* certo *mutavit)*, I, 4, 12 providissem, II, 1, 25 gaudeo, IV, 4, 9 utile, IV, 4, 10 meo, IV, 4, 23 chremeti et demifoni, V, 2, 7 gessimus, V, 3, 8 de, V, 6, 10 vapulabo, V, 9, 35 quam tunc, Hec. I, 1, 11 praeparet, I, 2, 31 bene, III, 3, 30 tuo, IV, 1, 4 pro, IV, 3, 6 tibi, Ad. II, 2, 20 illuc, III, 3, 89 aliquid, III, 4, 40 clamabat *(cuius in loco* P *prave dedit* clare; clamabat *scholion est, sed* intus *in omnibus libris praeter Bembinum nomini* Pamphilae *adiunctum erat)*, IV, 2, 5 est, IV, 4, 5 potest, IV, 5, 23 commentata, V, 3, 11 exortum est.

VI. multis locis, in quibus aut D aut G lectionem ex PC mutatam vel corruptam tradit, antiquam familiae DG lectionem restituere opera libri M continget, velut Andr. I, 1, 85 hic mihi, I, 1, 98 atat, I, 1, 102 imposita est, I, 2, 12 carnufex, I, 5, 25 divorsae, II, 2, 6 alloqui, II, 2, 24 Chremem, II, 2, 25 illoc, II, 5, 20 pro hoc malo — det malum, II, 6, 10 nosti, II, 6, 11 ipsus, III, 2, 14 accurate, III, 2, 15 nunc hic se ipsus fallit haud ego, III, 2, 24 occepi, III, 2, 36 moventur, III, 3, 14 si in rem est, III, 5, 15 an non dixi hoc futurum esse, IV, 1, 9 res premit denegare,

IV, 1, 57 restitue in quem me accepisti, IV, 2, 14 adimet, IV, 2, 17 poterit, IV, 3, 2 putabam, IV, 4, 45 ah necdum omnia, V, 1, 6 vides — cupis, V, 1, 13 res tetulit, V, 2, 23 tamen etsi, V, 3, 10 studeat *etc.*

VII. Denique ex lemmatis libri Monacensis satis dilucide apparet Riccardianum E et Ambrosianum F non ex PC sed ex DG familia oriundos esse. Hanc libri E condicionem iam Dziatzko recte cognovit (vide eius praef. ad Ter. pg. X adn. 3), in F unam fabulam Hecyram Umpfenbachius ex familia DG petitam esse putavit (vide eius praef. pg. XXXI). Sed in ceteris quoque fabulis liber F totiens cum DGM consentit, ut rectius putemus auctorem huius libri picturas tantum ex familia PC mutuatum esse, textum autem ex familiae DG exemplo, quod multis locis ex PC mutatum erat. Cf. exempli gratia Phorm. I, 3, 24 mihi ius sit, I, 4, 40 Phanum, II, 1, 41 rei temperans, II, 3, 46 relinquisset, II, 3, 75 dampnatus, V, 4, 3 scient, Ad. prol. 4 et vos eritis, prol. 10 reliquid, I, 1, 25 idem, II, 2, 40 fata, IV, 4, 5 quid, V, 2, 8 comesatorem, V, 3, 51 subvertant, V, 7, 23 hanc. Idem denique indices scaenarum docent, qui plerumque cum E, saepe cum G consentiunt.

§ 5. Scholiorum genera discernuntur.

Quoniam quem locum libri DG eorumque asseclae EF inter ceteros Terentianos obtineant, cognovimus, nunc ad ipsa scholia, quae in eis traduntur, aggrediamur.

In omnibus libris Terentianis DGEFPC eadem fere scholia leguntur, sed non omnia in omnibus. In libris DGEF plurima occurrunt, scripta eadem manu aut certe non recentiore quam ipse textus Terentianus. Cum his optime consentit liber scholiorum M. In libro C tres homines diversis temporibus scholia addiderunt: primus, qui idem textum scripsit, pauca Donatiana in primis foliis collegit, alter recentior inter lineas plurima eorum scholiorum,

quae in DGEF traduntur, adiecit, sed amplissima quaeque spatii angustiis coactus omisit, tertius recentissimus (XII scl.) ad Andriae paucas scaenas argumenta prosaica satis copiosa et ad Eunuchum praefationem addidit. In P libro priora folia duodecim multis Donatianis scholiis obsita sunt, in sequentibus autem foliis pauca ex eis occurrunt, quae in DG leguntur, aeque atque in C posteriore manu scripta. Ex hac scholiorum condicione, quia in libris DG prima manu, in PC posteriore scripta sunt, nostro iure ea scholia ex familia DG originem duxisse collegimus.

Ex his libris ad edenda scholia adhibui et ipse contuli DGEC. F libri scholia pleraque iam A. Maius edidit Milani 1815: M. Accii Plauti fragmenta inedita item ad P. Terentium commentationes. P librum sprevi, quia pauca huius generis scholia tradidit, item omnes eos libros Terentianos, qui post saeculum XI scripti sunt: in quibus etsi nonnullae adnotationes hic illic ex Donato excerptae leguntur, velut in Angelicano T. 4. 20 et in Vallicellano F. 67, tamen ceterorum scholiorum tanta esse solet diversitas, ut vix ex ullo antiquo commentario hausta putari possint. Ex scholiorum libris unum M contuli.

His igitur in libris tria scholiorum genera facile dignoscuntur. Primum genus ex Servio potissimum et Prisciano excerptum est, quae scholia ad singularem aliquem usum grammaticum pertinent. Haec in solis DGE libris margini adiecta traduntur, scripta manu eadem qua ipsa Terentii verba aut certe non recentiore.

Alterum genus multo plura scholia complectitur, quae maximam partem brevissima glossemata sunt. Incipit autem unaquaeque scaena ab explanatione praeambula quam vocant, qua doceamur, quae personae inducantur et quo modo scaenae altera cum altera cohaereant. Haec scholia longe optime tradita sunt in M libro, leguntur autem in ceteris quoque omnibus DGEFPC; in libris PC manu recentiore addita sunt, in ceteris eadem, qua verba poetae.

Tertii scholiorum generis reliquiae in foliis recentibus libri D (cf. Mus. Rhen. 46, pg. 147) et E exstant. Huius

generis ratio eadem ferme videtur esse atque alterius, sed praeambulae explanationes pleniores exhibentur, atque in sententiis potius quam in verbis poetae explicandis opera collocatur. Deprompta autem haec scholia sunt ex commentario quodam perpetuo, cuius exemplar perbonum inveni in bibliotheca Barberina, T. VIII, 47; continentur hoc libro: I) Fulgentii Planciadis Mythologiarum seu fabularum libri tres. II) Glosae quaedam grammaticales sine principio. III) Glosae in Terentium incerti (pg. 27—41), IV) fragmenta quaedam grammatica de constructione partium orationis. Eundem commentarium deprehendi in bibliotheca Vaticana et Monacensi (14 763 Em. c. 6. membran. miscell. 8°). In Terentianis libris haec scholia occurrunt post saeculum XI, velut in libris Parisinis 7907, 7907a, 7917, 7922, si paucis locis a Schopeno excerptis fides haberi potest, cuius schedae singulari liberalitate viri doctissimi Wissowae mihi concessae erant. In antiquissimis editionibus impressis frustula eius commentarii Servio attributa sunt.

---

§ 6. De primo scholiorum genere.

In hoc genere inesse volui scholia Servii et Prisciani, deinde Donati et Eugraphii, quae quidem in libris a me collatis occurrant, denique pauca Festi, Porphyrionis, Isidori. Haec a reliqua multitudine secernenda et primo loco ponenda esse putavi, non quod ea tempore prima Terentio addita esse opinarer — certe pauca, quae ab 'aliter' incipiunt, aliam interpretationem praegressam esse clamant, cf. Phorm. II, 2, 11 — sed quia re prima et antiquissima esse putavi. Atque etiam specie et forma haec scholia a ceteris longe distant: ampliora enim sunt reliquis et semper fere ipsis auctorum verbis utuntur atque nomina eorum auctorum, quos sequuntur, afferunt. Saepissime autem Servius et Priscianus laudantur, ex qua re nescio an quis recte haec scholia in usum discipulorum linguam

Latinam discentium scripta esse coniciat: nam Prisciani verbis discipuli ad artem suam grammaticam, Servii autem verbis ad Vergilii carmina revocabantur, quae in scholis olim diligentissime legebantur ac paene ab omnibus memoria tenebantur. Donati in his scholiis minus saepe facta mentio est: in D quidem libro Donatus non laudatur, nisi ut alterius lectionis testis adhibeatur. In libro tamen E manus paulo recentior non parvum numerum Donati scholiorum intra lineas Hecyrae et Phormionis ita scripsit, ut Donati nomen non adiungeret: quorum quae in Hecyra leguntur, Studemundus omnia nullo fere errore exscripsit (cf. Umpf. praef. XXXIII), quae autem Umpfenbachius ipse ex Phormione collegit, nec vitiis carent et parum frequentia sunt. Itaque omnia in hoc libro repetita esse volui. Eugraphiana scholia solus liber C exhibet, sex ad Andriam comoediam, unum ad Hautontimorumenon, quod idem in altera scholiorum congerie occurrit. Isidori tria scholia, Festi et Porphyrionis singula afferuntur. G liber uno loco (Eun. II, 3, 10) ad ʿmagistrorum priorumʾ auctoritatem provocat, quibus verbis qui homines significarentur, enucleare non potui. Neque magis mihi contigit extricare, quo ex fonte extrema huius corporis scholia hausta essent, idque eo magis doleo, quod, qui Eun. II, 1, 6 rectam lectionem ʿquiʾ bis testatus est, sine dubio antiquissimus auctor habendus est. De Donato cogitare vix licebit.

Servii et Prisciani scholia, quae inter se mixta dedi, ne, quae arctissima cognatione coniuncta sunt, dissiparentur, ex optimis et antiquissimis libris petita videntur. Ex Servio enim nihil affertur, nisi quod in antiquiore eius commentario traditum sit; iunioris illius Servii, qui idem plenior appellatur, nusquam mentio facta est. Prisciani autem scholia ad recensionem Scoticam referenda sunt, id quod primus perspexit Gutjahr l. l. pg. 280. Ex his nescio an ad ipsum textum Prisciani constituendum aliquantulum fructus capere possimus. Ad Eun. II, 2, 54 hoc scholion in D affertur: ʿNe pro nonne vel pro certe, ut sit confirmativa particula, ut idem in Andria: Modone id demum sensisti Pamphile,

Horatius in II sermonum: Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, ne etiam et rex, idem in eodem: O seri studiorum, qui ne putetis.' Idem scholion alio loco Ad. III, 3, 87 repetitur: 'Ne affirmativum hic accipe, ut sit pro certe, ut idem in Andria: Modone id demum sensisti Pamphile, Horatius in II sermonum: Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, ne etiam et rex.' At in Prisciani libris haec ita depravata sunt [II, 102 Hertz]: 'Haec eadem invenitur et pro confirmativa, 11.
ut Horatius in II sermonum: Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, ne etiam et rex, idem in eodem: O seri studiorum, qui ne putetis difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti contigit. Terentius in Andria: nuncine demum istud verbum in te incidit.' Talis autem versus, qualem Priscianus hoc loco ex Terentio affert, nusquam legitur. Itaque plerique de errore Prisciani cogitare videntur, qui tres versus Andr. V, 3, 11 et 14 et IV, 1, 59 ex memoria citatos inter se conferruminaverit. At scholiasta noster, qui hunc Prisciani locum bis citavit, in suo quidem libro illum errorem nondum vidisse videtur. Quare rectius librarios, quam ipsum Priscianum errasse putabimus. Facile enim fieri poterat, ut ad versus Andr. V, 3, 11—14, quos Priscianus paucis verbis omissis attulisse videtur, alius nescio quis versum Andr. IV, 1, 59 adscriberet, ex quibus locis postea tertius librarius hoc quod nunc legitur exemplum coartavit. — Alter locus, qui in scholiis nostris rectius quam in Prisciani editionibus, quae nunc sunt, legi videtur, ab Hertzio I, 84 sic scriptus est: 'A verbis detero deteris deterior, potior potiris hic et haec potior et hoc potius potioris — possumus tamen hoc etiam a nomine potis accipere, quamvis significatio alia esse videatur, unde Terentius in Phormione: ubi tu dubites, quid sumas potissimum, pro optimum.' Mirum videtur, quod Priscianus non tam comparativum 'potior' quam superlativum 'potissimus' exemplo illustravit. Atqui libri Prisciani RHGKB post 'potioris' inserunt 'potissimus'. Item scholiasta libri E, qui hunc locum ad Phorm. II, 2, 29 attulit, 'potissimus' addidit; ita enim scripsit: 'Facit comparativum verbum potior potiris hic et haec potior,

hoc potius; potissimus superlativus. Potest tamen hoc a nomine potis accipi, quamvis significatio alia esse videatur.' Itaque verba 'superlativus potissimus' post 'potioris' retinenda esse veri simile videtur.

§ 7. De altero scholiorum genere.

Huius generis scholia longe frequentissima sunt; incredibile enim dictu est, quot verba, quot sententiae scholiastis interpretatione digna visa sint. Innumerabilia fere sunt illa, quibus sententiae poetae per se ipsae perspicuae mutatis verbis redduntur, unde nemo ullum fructum capiat; permulta autem plus deciens repetuntur: quotienscumque enim idem verbum occurrit, eadem explicatio apponitur. Haec omnia afferre absurdum videatur. Sed quamquam multa ut superflua et vilia abieci, tamen cautum mihi esse speravi, ne ratio huius commentarii deformaretur.

Ut Donati commentario, sic huic quoque olim vita poetae videtur praeposita fuisse, sed casu factum est, ut in omnibus libris manu scriptis interiret. In D folium primum antiquissimum, nunc numero secundum — nam quod nunc est primum, recentiore aetate praefixum est — temporis iniquitate et possessorum incuria ita corruptum est, ut, quae scholia in adversa pagina scripta fuerant, nunc legi non queant. Ac ne G quidem primam paginam integram habet, ut legi possit. Etsi margines scholiis olim refertissimas fuisse cognoscitur, tamen atramenti color prorsus evanuit et litterarum ductus detriti ac recentibus scholiis superscriptis paene deleti sunt. Ex antiquissimis litteris in suprema margine scriptis legi: COMMENTARII OOPEIVS. Litterae OO incertae sunt. De nomine Calliopeius (pro Calliopius) vix quisquam cogitabit, cum nec spatium quinque litteris 'Calli' sufficiat nec compendium huius nominis in usu fuisse videatur. In media pagina recens manus scripsit: 'Calliopius recitator, Lanuvius emulus.' Liber M

ἀκέφαλος est: primum folium servatum incipit ab his verbis: 'quam habebat desponsatam, an illam, Glicerium, tenere etc.', quae verba ex argumento Andriae prosaico petita sunt, quale recentiores libri Terentiani exhibent. In E duo folia priora recentioris aetatis sunt, quae continent: vitam brevem poetae, tractatum de materia, nomine, utilitate, stilo comoediae, argumentum prosaicum Andriae, prologum cum commentario, denique primos versus primae scaenae cum praefatione et commentario. Haec omnia scholiasta ex recenti commentario hausit, cuius exemplum optimum in bibliotheca Barberina latet. Unius libri C initium integrum extat, sed is ex alia familia ortus est. Et quia natura atque condicio eius ita comparatae sunt, ut magis ad ostentationem quam ad usum factus esse videatur, librarius ampliora illa scholia addere veritus est. Ita factum est, ut exordium huius commentarii cum vita poetae periret. Certe autem antiquitus tale exordium fuisse iure colligimus ex scholio ad didascaliam Eunuchi adscripto: 'Quod Menander primum composuerat fabulam Eunuchi in Graeco sermone, deinde Terentius in Latino sermone iam dictum est, et quod eius recitator fuit Calliopius.'

Natura autem huius commentarii et indole et re et oratione simplex et una est. Omnis enim scaena ab praeambula, quam vocant, explanatione incipit, quae in paucis libris hic illic coartata est. Perraro accidit, ut in omnibus libris prorsus omittatur. Quod si fit, testimonio solet esse in antiquis libris hoc loco novam scaenam non fuisse institutam. Scholiorum autem genus triplex est: aut verba explicant, aut sententias circumeunt, aut ad res pertinent. Haec tertii generis scholia non sunt multa nec magni pretii: quamquam futilissimae ineptiae non tam scholiastae quam librario imputandae videntur, velut quae de Contesdifilo, auctore fabulae Synapothnes, omnes libri praeter D tradiderunt (cf. schol. ad Ad. prol. 6). Oratio denique huius scholiastae, ut fert natura scholiorum inter lineas vel in margine scriptorum, brevis esse solet, syntaxis et ver-

horum supellex postremae est Latinitatis. Ubi plura scholia afferuntur, alterum ab 'al.' i. e. aliter incipit. Pleraque huius generis scholia in omnibus libris a me in usum adhibitis leguntur. Quae ex singulis libris hinc illinc collecta sunt, ubi quodque investigatum sit, indicabitur; ubi nihil adnotatum erit, scholion in omnibus aut pluribus libris legi putandum est.

Nunc fontes horum scholiorum quaeramus, quoad eius fieri poterit; nam cum auctores, quos secutus sit, scholiasta nusquam attulerit, difficile est hanc quaestionem ad finem perducere. Ex Festo delibata sunt scholia ad Andr. I, 3, 1, Eun. III, 1, 34, V, 2, 6, V, 6, 20; ex Isidori originibus: Andr. II, 6, 20, Eun. IV, 7, 6, V, 4, 35, Haut. II, 3, 17, 52, III, 3, 42, Phorm. I, 4, 52, IV, 3, 39; ex Eugraphio: Haut. V, 4, 10; huic adde Andr. III, 1, 15, 19, III, 2, 14, IV, 2, 2, Ad. I, 1, 11, III, 2, 22, quae si non prorsus consentiunt, attamen similitudinem quandam habent cum Eugraphianis. Deinde cum Donatianis magna multitudo brevium scholiorum congruit, quae utrum ex ipso Donato an ex eodem, quo ille hauserit, fonte petita sint, non liquet, cf. Andr. prol. 24, I, 1, 55, 129, I, 2, 29, I, 3, 21, I, 5, 25, 30, 54, II, 1, 13, 30, II, 2, 3, 11, II, 3, 7, 21, II, 4, 5, II, 5, 15, II, 6, 3, III, 1, 20, III, 2, 6, 16, 49, III, 3, 1, III, 4, 18, III, 5, 10, IV, 1, 24, IV, 2, 10, 13, 16, 27, IV, 3, 1, IV, 4, 21, 33, IV, 5, 22, V, 2, 14, 28, V, 4, 4, 37, V, 5, 4. Eun. prol. 11, II, 2, 5, 26, 32, II, 3, 11, 15, 27, 32, 93, III, 1, 11, 36, III, 2, 3, III, 5, 3, 22, 53, 58, IV, 2, 12, IV, 7, 36, 39, V, 4, 12, 33. Phorm. prol. 23, I, 1, 11, 13, I, 2, 73, 93, I, 4, 7, 12, 23, 26, 30, 31, III, 2, 15, IV, 3, 30, V, 6, 1, V, 8, 29, 74, 82, Hec. I, 1, 8, I, 2, 4, 12, 15, 40, II, 1, 43, III, 1, 8, 28, 33, III, 5, 57, IV, 3, 1, IV, 4, 12, 21, V, 4, 19, Ad. prol. 11, II, 1, 15, II, 2, 27, II, 4, 6, III, 3, 58, IV, 2, 20, 48, IV, 7, 4, V, 3, 21, V, 4, 4, V, 5, 4, V, 8, 1, V, 9, 1, 2. Saepissime vero scholia nostra concordant cum Bembinis, quae edita sunt ab Umpfenbachio in Herm. 1867 et Studemundo in Fleckeisen. annal. 1868. Haec scholia Bembina dividuntur in antiquiora et recentiora. Ex illis

cum nostris consentiunt in Eunucho: prol. 3, 4, 7, 14, 15, I, 1, 2, 10, 11, 12, 24, 35, I, 2, 2, 9, 13, 14, 50, 109, 124, II, 2, 4, 8, II, 3, 29, 77, 90, 94, III, 1, 7, 10, 41, 43, 45, III, 3, 3, 7, 11, III, 5, 20, 60, IV, 4, 21, IV, 6, 16, 18, IV, 7, 7, V, 1, 16, V, 2, 32, V, 4, 14; ex recentioribus: Eun. prol. 7, I, 1, 5, I, 2, 112, II, 2, 5, 31, 33, 48, 54, II, 3, 2, 93, III, 1, 10, 11, III, 2, 15, III, 5, 7, IV, 7, 12, 36, V, 2, 21, 51, V, 3, 2, V, 4, 30, V, 6, 20, V, 8, 52. Ex reliquis tria eligam, quae nostris scholiis magnam auctoritatem addere videantur: primum est scholion ad Haut. prol. 24, quod in Bembino neque Umpfenbachius neque Studemundus legere poterat, in D tamen disertis verbis margini adscriptum est; alterum est scholion Bembini obscurum ad Haut. prol. 28, quod apte nostro scholio ad hunc locum explicatur; denique Studemundi coniectura 'trama' ad Haut. II, 3, 52 nostro scholio ad hunc locum satis copioso confirmatur.

Neque minus saepe cum veteribus glossariis scholia nostra consentiunt, quae res recte inde explicari potest, quod et glossator et scholiasta eodem fonte antiquo usi sunt:

I. Glossae cod. Vat. 3321 (corp. Glossar. tom. IV):	Schol. Terent.:
accersit : evocat	Andr. I, 5, 64.
cetarii : liquaminarii	Eun. II, 2, 26.
lanii : macellarii	Eun. II, 2, 26.
cupedinarii : tabernarii a cupedia appellati	Eun. II, 2, 25.
extrario : extraneo	Phorm. IV, 1, 13.
facessunt : faciunt, recedunt	Phorm. IV, 3, 30.
phaleratis : ornatis aut ficticiis	Phorm. III, 2, 15.
ganeo : luxuriosus	Phorm. V, 4, 11.
ingluvies : horrida voracitatis nimietas	Eun. V, 4, 15.
intristi : parasti	Phorm. II, 2, 4.
limis oculis : obliqua intuentibus	Eun. III, 5, 53.
ligurrit : summitate degustat	Eun. V, 4, 14.
in vado : in securo	Andr. V, 2, 4.

	Schol. Terent.:
I. Glossae cod. Vat. 3321 (corp. Glossar. tom. IV):	
nebulo : circumventor latro, mendax	Eun. II, 2, 38. IV, 4, 49.
ortamentis : alimentis	Haut. IV, 7, 9 cf. var. lect. in BCE.
storax : ligni genus	Ad. I, 1, 1.
neunt : filant	Haut. II, 3, 52.
II. Glossae cod. Sangall. 912 (ibid. tom. IV):	
abligurrire : plurima consumere	Eun. II, 2, 4.
circumvallant : circumdant	Ad. III, 2, 4.
lactat : decipit leniter	Andr. IV, 1, 24.
subtemine : trama	Haut. II, 3, 52.
suavium : osculum luxuriosum	Eun. III, 2, 3.
III. Glossae Bernenses (ibid. tom. III):	
simbolam : collatio	Andr. I, 1, 61.
sycophantes : calumniator	Andr. IV, 5, 20.
IV. Glossae Vat. (ibid. tom. III):	
apage sis : recede si sanus sis	Eun. IV, 6, 18.
V. Thes. nov. Lat. in Maii auct. class. VIII:	
actutum : cito	Ad. IV, 4, 26.
apage sis : sta in pace	Eun. IV, 6, 18.
caudex : truncus	Haut. V, 1, 4.
caesius : hirniosus, lenticosus	Haut. V, 5, 18.
complusculi : plures	Hec. I, 2, 102.
demitigare : demulcere	Eun. V, 7, 4.
periculum pro experimento	Phorm. V, 8, 40.
flocci facio : parvi pendo	Eun. II, 3, 12.
infitiae : negationes	Ad. III, 2, 49.
inscitia : insipientia	Eun. V, 8, 41.
maneo pro expecto	Phorm. III, 1, 16 ac saepius.
pulto pro pulso	Haut. III, 3, 34.

	Schol. Terent.:
V. Thes. nov. Lat. in Maii auct. class. VIII:	
seria : olla	Haut. III, 1, 51.
veterator : impostor, excogitator	Andr. II, 6, 26.
arrabonis : vadimonium	Haut. III, 3, 42.
dispudet : valde pudet	Eun. V, 1, 16.
angiportus : stricta via	Eun. V, 2, 6; Ad. IV, 2, 39.
tegna : fraus et deceptio	Eun. IV, 4, 50.
oppido : valde	Phorm. V, 1, 36.
potisso (= pytisso) : frequenter poto	Haut. III, 1, 48.
proluvium : aquae inundatio, quod etiam pro cuiuslibet rei effusione dicitur	Ad. V, 9, 28.
apprime : valde	Eun. V, 4, 30.
silicernus : moribundus, quasi silicem id est sepulcrum cernens	Ad. IV, 2, 48.
tuber aliquando ponitur pro qualibet inflatione	Ad. II, 2, 37.
VI. Gloss. antiq. e cod. Vat. (Mai VII):	
aeque quicquam : nihil	Andr. II, 6, 3.
nere : filare	Haut. II, 3, 52.
VII. Specimen Gloss. vet. ex cod. Mediol. (Mai VII):	
accusat par parem, incusat minor maiorem	Phorm. III, 1, 7 cf. Servium ad Vergil. Aen. I, 410.
funus a funibus, quae cera illitae ibi ardent	Andr. I, 1, 100.

Restant duo glossaria Terentiana, alterum ab Westerhovio in fine editionis suae editum, quod inscribitur: 'glossarium vocum quarundam apud P. Terentium ex vet. codice', alterum editum ab Goetzio in Indice schol. Ienens. 1885. Utrumque litterarum ordine dispositum et ex antiquis libris Terentianis excerptum plurimis locis cum nostris scholiis congruit; sed quamquam sua quodque propria quae-

dam habet, tamen ubertate et bonitate scholiis nostris inferius est (cf. Dziatzko, Arch. lexic. II, 139).

Auctor quis fuerit horum scholiorum, nusquam dictum est nec certo dici poterit. Veri autem simile mihi quidem videtur sensim et paulatim ex grammaticis, commentatoribus, glossatoribus ea ad textum Terentianum adiecta esse, ut plures huius scholiorum corporis auctores habendi sint. Praeambulas tamen explanationes ab uno auctore factas esse ipso genere dicendi, quod in illis inest, docemur. Is quidem ante saeculum IX floruisse existimandus est; nam qui librum Victorianum initio IX scli scripsit, explanationem ad Ad. V, 6 iam in ipsum Terentii textum post 'propediem' (V, 5, 7) inseruit, unde coniecturam facere licet illas explanationes iam in eius archetypo scriptas fuisse. Reliqua scholia maximam partem certe multo antiquiora sunt: pauca enim iam in ipsum textum Bembini irrepserunt, velut 'devorent' Eun. V, 4, 17, 'si' Haut. III, 3, 23, 'quam tunc' Phorm. V, 9, 35. Alia iam Donatus ipse impugnavit ac refutavit, cf. Andr. II, 3, 21, Phorm. IV, 4, 9, Ad. IV, 2, 48, V, 5, 4. Recentiora scholia, quae quidem certo cognosci possent, omisi omnia; si tamen pauca in tanta multitudine lateant, nemo id non excusabit. Utique in principe editione plus quam minus dare rectius videbatur.

Reliquum est, ut, qualis textus Terentianus his scholiis subsit, dicatur. Cum in D libro eiusque familia prima manu scripta optimeque servata sint, in PC autem pauciora eaque posteriore manu adiecta sint, sequitur, ut ad textum librorum DG interpretandum ea nata esse putemus. Hoc multis exemplis confirmatur. Sed alterius quoque familiae paucae lectiones iam scholiastis innotuerant, cf. Hec. I, 2, 64: plus potus D, plus potis PC, magis potens schol.; IV, 1, 34 tu D, tum PFE, deinde schol.

§ 8. De tertio scholiorum genere.

Post saeculum XI, ut supra diximus, in libris Terentianis tertius commentarius occurrit, cuius ratio eadem ferme est atque praecedentis, nisi quod ille verba, hic potius sententias poetae explicat. In libris Parisinis, in quibus hic commentarius multis locis mutatus et coartatus legitur (cf. supra pg. 39), sic inscribitur: 'Breve et scholasticum opus ad demonstrationem ingressus atque progressus et connexionis tam actuum quam scaenarum sex comoediarum Terentii.' In exordio primo pauca de Terentii vita narrantur, quae ex Orosio IV, 19 petita eundem, quo ille deceptus est, errorem prae se ferunt. Orosius enim primus, cum Livii verba XXX, 45 de Q. Terentio Culleone senatore dicta male intellexisset, Terentium poetam pileatum P. Scipionis currum secutum esse dicit. Idem auctor huius commentarii repetivit et pluribus verbis adumbravit. Hanc vitam sequitur tractatus satis copiosus de comoedia, inprimis ex Euanthio petitus atque Horatii Iuvenalisque verbis exornatus. Huic denique adiectum est argumentum prosaicum in Andriam et prologi explicatio. In singulis autem scaenis habentur explanationes praeambulae et commentarius, qui constructus litteralis appellatur. Is quamquam non sine aliqua cura confectus est, tamen, quia nihil fere ex antiquis thesauris dedit auctor, parum nos iuvat; vel ea, quae ex Donato delibasse videtur, non eiusmodi sunt, ut ad textum illius constituendum quicquam valeant. Itaque specimen huius commentarii dare satis habui, quod ex libris Barberino, Riccardiano, Victoriano sumptum est.

Haec habui, quae de scholiis Terentianis mihi praefanda viderentur. Primus hunc agrum patefeci, in quo nemo adhuc opus fecit, quia messis parum fructuosa videbatur; etenim vilia haec scholia putabantur, opus barbarorum medio aevo factum, in quo antiquitatis frustula

delitescerent nulla. Hanc opinionem sustulisse mihi videor. Sint sane aliquot recentioris aetatis, maior certe pars antiqua habenda est. Ei rei testimonio est, primum quod multa scholia cum antiquis glossariis consentiunt, deinde quod eadem scholia in omnibus fere antiquis libris Terentianis occurrunt. Qui enim fieri potuit, ut tam diu, tam constanter, tam religiose servarentur, nisi propter antiquitatem digna omnibus visa essent, quae non minus sancte quam ipsa poetae verba colerent ac memoriae traderent. Quare equidem non dubito, quin scholia ex eadem vetustissima familia atque ipse textus librorum DG oriunda sint. Terentius enim iam primis temporibus a pueris legi solebat (cf. Sid. Ap. ep. IV, 12), atque prisca eius oratio sine commentario intellegi non poterat. Donati autem commentarius doctior erat, quam ut pueris aptus esset, quorum usui editiones brevibus glossematis instructae melius serviebant. Ex tali editione libri DG cum scholiis profecti esse videntur.

SCHOLIA.

Subsidiorum conspectus.

D. cod. Victorianus, Laurentianus 38, 24, scl. IX.
G. cod. Decurtatus, Vaticanus 1640, scl. XI.
E. cod. Riccardianus 528, scl. XI.
C. cod. Vaticanus 3868, scl. X.
M. cod. Monacensis 14420, scl. XI.

A. Primum scholiorum genus.

I. Scholia e Servio et Prisciano petita.

1. Ad Andriam.

Andr. I, 1, 20 *quas credis*] casus pro casu hic ponitur, ut Priscianus in primo libro constructionis [II, 188]. *E.*

— I, 1, 28 *plerique omnes*] mire. eodem tamen genere locutionis usus est quo et Virgilius in primo Aeneidis [181]: Anthea, Capyn, Caicum, si quem videat. atqui nihil tam contrarium, omnis enim generale, plerique speciale est. ergo ordo est: quod omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adiungant, plerique equos alere, plerique canes, secundum Servium. *DE.*

— I, 1, 34 *adprime*] adprime compositum esse ab eo, quod est prime, Priscianus his verbis declarat: quod etiam prime dicitur, ostendit Terentius in Andria, qui ab eo compositum protulit [II, 69]. *DE.*

— I, 1, 42 *abhinc*] pro hinc secundum Priscianum. adverbium est temporis [II, 156]. *D.*

— I, 1, 43 *huic viciniae*] pro in hanc viciniam secundum Priscianum [II, 188]. *D.* — Casus pro casu hic figurate ponitur Prisciano teste in primo libro constructionis. *E.* — Casus pro casu. *G.*

---

3 miro *D.* 4. 5 aeneidum antea capiti *D.* 8 aliquid *D.* 10 esse *D*, est *E.* 11 est *om. D.* 13 in III libro *post* protulit *add. E.*

Andr. I, 1, 79 *ei metui*] ei pronomen dativus casus est, quod Priscianus declarat in primo libro verbi, ubi dixit timeo et metuo verba esse absoluta, cum iunguntur dativo casu, ut Terentius in Andria ostendit: 'eius vitae timeo' et 'ei metui a Chryside' [I, 391]. *G.*

— I, 1, 121 *ut qui*] relativum per defectionem alius casualis partis id est pronominis profertur hoc loco et intelligitur: ut ab eo, qui se filiam neget daturum, quod Priscianus docet in constructionis primo libro, ubi de eclipsi dixit [II, 128]. *G.*

— I, 2, 1 *non dubiumst*] hic prima persona per se loquitur secunda et tertia absentibus, ut saepissime apud comicos videmus induci personas, quae ipsae ad se loquuntur, quod Priscianus in primo libro verbi ostendit [I, 448]. *G.*

— I, 2, 12 *astute*] astu, quod est nomen indeclinabile, malitiam et inde astutos proprie malitiosos vocamus, unde, postquam servus de domino dixit: astute, iratus ipse dixit: carnifex quae loquitur, secundum Servium in XI libro [704]. *D.*

— I, 2, 28 *Dave*] iratorum est proprio nomine uti, ut Virgilius in primo Aneidos [140]: vestras Eure domos [Serv.]. *D.*

— I, 5, 2 *pro deum*] interiectionis loco ponitur hic pro et circumflectitur, ut Sallustius in Catilinario: pro deum atque hominum fidem, Prisciano testante in XII de praepositionibus, quae ablativo iunguntur [II, 49]. *D.*

— II, 1, 6 *velis*] pro imperativo subiunctivo usus est, quod solent auctores frequenter facere ut idem in Phormione: desinas, sic est ingenium mulierum, pro desine, secundum Priscianum de constructione subiunctivorum [II, 255]. *D.*

— II, 1, 10 *tu si hic sis*] nota, quod sese ostendens 'hic' dixit, in qua demonstratione intellegitur ego etiam. Priscianus de constructione [II, 191]. *D.*

---

1 *idem fere scholion ad vv. 210 et 419 scriptum in G esse videtur, sed nunc pauca frustula leguntur.* 6 alius] aliu'. 10 eclipsi] edē. 14 verbi *om.* 21 uestras] duras. 27. 28 idem in Andria Phormione. 32 'hic' *om.*

Andr. II, 1, 12 *huic supplicabo*] quia supplico tibi et te dicitur secundum Priscianum de constructione [II, 276]. *D.*

— II, 2, 2 *ut metum*] ordo enim naturalis est avellere inhaerentia et post nova inferre, ut Virgilius: abolere Sichaeum incipit, in primo Aeneid. secundum Servium [720]. *D.*

— II, 2, 24 *Chremem*] Chremes Chremetis et Chremes Chremis dicitur [Prisc. I, 244]. *D.*

— II, 2, 28 *nihil ornati, nihil tumulti*] ornati tumulti pro ornatus tumultus positum esse Priscianus affirmat his verbis in tertio libro nominis: inveniuntur antiquissimi multa in genetivo in i terminasse, quae in us terminare debeant Terentio teste in Andria, qui hoc protulit [I, 257]. *G.*

— II, 3, 29 *cave te esse tristem sentiat*] usitata locutio apud ..... et honesta pro eo, quod est ne sis tristis, licet modo aliter habeatur in usu. Dicitur enim cave ne facias pro eo, quod esset dicendum cave facias. cave enim negativum est teste Servio [Verg. Georg. I, 96). unde cum dicimus cave ne facias, hortamur, ut facias, quoniam cave et ne duo negativa faciunt unum adfirmativum. *C.*

— II, 6, 24 *perparce*] ex persona Davi: valde parce parasti, vel profecto confirmativum adverbium est per secundum Priscianum [II, 85]. *D.*

— III, 2, 6 *per ecastor scitus*] per non hic iurandi vim obtinet, sed quando pro valde accipitur, adverbii obtinet locum secundum Priscianum de praepositione [II, 38]. *D.*

— III, 2, 24 *occepi*] occoepi praeteritum pro praesenti accipitur occipio vel pro futuro occipiam, uti Priscianus primo libro constructionis docet [II, 191]. *G.*

— III, 5, 4 *pretium*] id est poena, ut Virgilius in Aen. [IX, 230]: rem magnam pretiumque morae fore, cuius mora pretium posset afferre, id est poenam secundum Servium. *D.*

— IV, 1, 15 *adeamne ad eum*] Graecorum more duplicavit praepositionem, ut Cicero in invectivarum I: egredere

---

25 quando *om.* 25. 26 adverbii obtinet et tamen secundum p̄ ·i· p̄positione i. 31 rē magnā nā pretiū ·i· morae.

ex urbe, Catilina, consul iubet, secundum Priscianum de constructione [II, 288]. *D.*

Andr. IV, 1, 29 *altercasti*] alterco pro altercor antiqui dicebant, ut hic altercasti, quod Priscianus in primo libro verbi refert [I, 392]. *G E.*

— IV, 2, 13 *valeant*] Varro in libris logistoricis dicit ideo mortuis vale et salve dici, non quod valere aut salvere possint, sed quia ab his recedimus eos numquam visuri. hinc ortum est, ut interdum vale maledicti significationem habeat; sic in hoc loco: valeant, hoc est: ita a nobis discedant, ut numquam ad nostrum revertantur aspectum, secundum Servium in XI Aen. [97]. *D.*

— IV, 3, 11 *verbenas*] verbena proprie est herba sacra, sumpta de loco sacro capitolii, qua coronabantur fetiales et pater patratus, foedera facturi vel bella indicturi. abusive tamen iam verbenas vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva, myrtus, quod et Terentius hic fecit. nam myrtus fuisse Menander, de quo Terentius transtulit, testatur secundum Servium in XII Aen. [120]. *D.*

— IV, 3, 24 *remorer*] moror commune est et absolutum, modo activam, modo passivam habet significationem, modo absolutam. activam, quando accusativus iungitur, ut hic, passivam vero, quando ablativus iungitur, ut moror a te, absolutam, quando per se profertur, ut quid moror Prisciano teste in primo libro verbi [I, 389]. *G E.*

— IV, 4, 6 *quid illi hominum*] pro quot homines secundum Priscianum [II, 187]. *D. quid*] pro quot, casus pro casu. *G. quid hominum*] id est quot homines, casus pro casu, quod in primo libro constructionis idem Priscianus probat. *E.*

— IV, 4, 33 *ne illa*] ne adverbium hoc loco pro valde accipitur Prisciano probante in adverbio, ubi hunc Terentium testem adhibet [II, 84]. *G. E.* Hoc ne pro valde accipiendum est Prisciano teste in adverbio. *D.*

---

6 historicis. 15 et *om.* 22 modo absolutam *om. G.* 23 ut *om. E.* 25 Prisciano — verbi *ante* passivam vero *E.* 30 in hoc loco *E.* 31. 32 ubi auctorem hunc testem adhibet Terentium de hoc ipso *E. Cf. Haut. II, 1, 10. Ad. III, 3, 87.*

Andr. IV, 5, 12 *haud auspicato*] adverbium est hoc loco, ut Prisciano placet [II, 68]. *E.*

— V, 1, 6 *prae studio*] prae hic pro ab accipiendum est Prisciano grammatico teste, quod in XIV libro eiusdem invenies [II, 50]. *D.*

— V, 4, 30 *arrige aures*] id est ad audiendum. arrectas enim aures dicimus ad audiendum sollicitas secundum Servium in XII Aen. [618]. *D.*

2. Ad Eunuchum.

Eun. prol. 1—3 *Si quisquam etc.*] figurate intellegitur simul coniungi: si quisquam est, qui placere studeat bonis, et: in his poeta cetera. unum singulariter, alterum pluraliter effertur, ut in constructione Prisciani est cognitum [II, 184]. *E.*

— 32 *in Eunuchum suam*] alterum cum altero construit genere in Eunuchum suam dicens, referens hoc pronomen ad comoediam suam, ut in priore libro constructionis Priscianus docet [II, 186]. *G. E.*

— I, 1, 3 *meretricum*] invidiose transit ad pluralem numerum, ut Virgilius in II Aen. [155]: ensesque nefandi secundum Servium. *D.*

— I, 1, 20 *egone illam etc.*] egone illam digner adventu meo, quae illum praeposuit mihi, quae me non suscepit heri, secundum Priscianum [II, 111]. *G.*

— I, 2, 18 *prae amore exclusit*] aliter: secundum Priscianum grammaticum prae pro ab accipe, ut sit: ab amore exclusit hunc foras, in XIV [II, 50]. *D.*

— I, 2, 23 *audivi*] pro audio vel audiam, ut idem in Andria: si quid narrare occepi, pro occipio, secundum Priscianum de constructione [II, 191 cf. 335sq.]. *D.*

---

2 ut *om.* 4 quod *om.* — in XII *cf. ad Eun. I, 2, 18.* 7 sollicitas] salictas. 15 altero *om. G.* — construitur *G E.* 18 Priscianus docet *G*, docemur *E.* 27 in XV.

Eun. I, 2, 25 *plenus rimarum*] plenus cum genetivo melius iungitur, ut Virgilius: plena laborum, in I Aen. [460] secundum Servium. *D.*

— I, 2, 124 *adeo nobilem*] adeo id est multum secundum Servium in IV Aen. [96]. *D.*

— II, 2, 8 *contempsi prae me*] aliter: prae me id est ad comparationem mei. prae enim interdum ad significat, ut hic infra: hic si occeperit amare, ludum iocumque dices illum alterum, praeut huius rabies quae dabit, teste Prisciano grammatico [II, 50]. *D.* — prae loco ad positum est. *G.*

— II, 2, 37 *frigent*] id est cessant. econtra Virgilius in I Aen. [436]: fervet opus, id est concelebratur, secundum Servium. *D.*

— II, 2, 38 *hisce*] hisce pro nominativo plurali, qui est hi, accipiendum est. antiqui enim hisce pro hi proferebant teste Prisciano de pronomine [I, 593]. *D.*

— II, 2, 54 *ne tu*] ne pro nonne vel pro certe, ut sit confirmativa particula, ut idem in Andria: modone id demum sensisti Pamphile, Horatius in II sermonum: clarus erit, fortis, iustus, sapiens, ne etiam et rex, idem in eodem: o seri studiorum, qui ne putetis [Prisc. II, 101]. *D.*

— II, 3, 10 *praeut*] aliter: prae huius rabies quae dabit id est ad quae dabit, ut prae pro ad accipias et sit sensus: hic si occœperit amare, ludum iocumque dices illius alterius fratris amorem ad comparationem horum, quae huius rabies dabit. ita visum est Prisciano grammatico in XIV [II, 50]. *D.* Priscianus ostendit in praepositione: prae positum esse loco ad, ut supra memoratum est, ac construit prae quae, id est ad quae. sed magistri priores aliter sentientes distingunt prae et subaudiunt amore, id est ad comparationem istius amoris. *G.*

— II, 3, 11 *ut illum*] ut pro utinam hoc loco accipiendum est. nec mirum, cum o etiam adverbium et si con-

---

27 ita uisum est] ta usū ē. — in XIV] XV. 29 ut *om.* 31 aliter sentientes] assentientes. 32 amoris dicentes. 34 o *om.*

iunctio pro eodem inveniatur secundum Priscianum de constructione optativorum [II, 240]. *D.*

Eun. II, 3, 19 *penum*] penus hoc loco femininum esse Priscianus ostendit in libro V de generibus, ubi dicit: penus invenitur et masculinum et femininum et neutrum [I, 163]. *E.*

— II, 3, 28 *precario*] terminatione enim dativi nomen pro adverbio accipitur secundum Priscianum de adverbio [II, 68]. *D.*

— II, 3, 57 *conclamatumst*] conclamata res desperata. nam olim, quando aliquis mortuus est, exercuerunt vigilias circa cadaver ipsius octo diebus. nono autem die omnes clamaverunt: non vivet, et sic eum rogo imposuerunt. *G.* — conclamata res est desperata. nam cum aliquis moritur, conclamant omnes desperantes de eo et dicunt: non vivet. *D. E.* — proverbium est inde tractum, quia cadavera mortuorum apud antiquos die octavo post ultimam conclamationem comburebantur et sepulturae tandem tradebantur secundum Servium in VI Aen. [218]. *D.*

— III, 1, 7 *vel rex*] vel hoc loco non disiunctiva sed copulativa coniunctio est pro: et rex, secundum Priscianum de constructione primo. *D.* — vel pro et secundum Priscianum [II, 114]. *E.*

— III, 1, 55 *mordeat*] id est sollicitet secundum Servium in I Aen. [261], ut quando haec te cura remordet. *D.*

— III, 1, 58 *iam dudum*] pro nimium hoc loco accipiendum est teste Servio in IV Aen. [1]: at regina gravi. *D.*

— III, 2, 15 *perpulchra*] id est valde pulchra. per enim verbo aut nomini appositum valde significat. Priscianus de constructione [II, 115]. *D.*

— III, 2, 21 *honestus*] pulcher secundum Servium in X [Aen. X, 133]. *D.*

— III, 5, 32 *miser*] blandientis particula est secundum Servium in III Aen. [639]. *D.*

---

8 de adverbio] de constructione. 14 est *om. E.* 21 pro et *om.* 28 pulchra *om.*

Eun. III, 5, 53 *limis*] limum enim obliquum dicimus, unde limis oculis id est obliquis, secundum Servium in XII Aen. [120]. *D.*

— IV, 2, 7 *deverticulum*] diverticula sunt semitae transvertentes vel transversae, quae sunt a latere viae militaris, secundum Servium in IX Aen. [377]. *D.*

— IV, 4, 11 *quisquam*] pro quaequam, quia antiqui quis communi genere proferebant Prisciano docente II libro pronominis [II, 8]. *G.*

— IV, 7, 9 *abstergerem*] abstergeo, quod est secundae Prisciano teste in libro II verbi. dixit haud aliter stare versum nisi paenultima producta. est enim versus quaternarius iambus [I, 486]. *G.*

— V, 5, 7 *quem praestolare*] dicitur enim praestolor te et praestolor tibi, ut Cicero in I invectivarum: qui tibi ad forum Aurelianum praestolarentur, secundum Priscianum de constructione [II, 274]. *D.*

— V, 5, 17 *an in astu venit*] secundum Priscianum astu nomen est indeclinabile sicut cornu. quod nisi esset nomen, praepositio separata ei non praeponeretur. [et in astu quasi in astutia secundum Priscianum de constructione]. [II, 73]. *D.*

— V, 6, 3 *mihi solae*] hoc antiqui dicebant haec sola, huius solae, huic solae. *D.* — solae antiquum est, quod Priscianus refert [II, 7]. *E.*

— V, 6, 12 *paenitebat*] parum videbatur secundum Servium [Verg. bucol. 2, 33]. *D.*

3. Ad Hautontimorumenon.

Haut. I, 1, 12 *neque preti maioris nemo habet*] graeco more dixit, alioquin duae negativae facerent unam confirmativam secundum Servium in II Aen. [247]. *D.*

— I, 1, 16 *conspicer*] conspicor, conspicaris deponens ex activo verbo aspicio, quod etiam ex simplici spicio de-

---

23 *huic scholio in D hae litterae anteponuntur:* APRAIT.

rivatur. quod ita esse Priscianus probat in I libro verbi, dum Terentium adhibet testem hoc loco: quin te in fundo conspicer, in quo mutata est coniugatio, quam habuit activum [I, 400]. *E.*

Haut. I, 1, 20 *paenitet*] aliter: me paenitet id est Menedemum id est mihi parum videtur ut Virgilius in II bucol. [2, 33]: non te paeniteat calamo trivisse labellum, id est non parum tibi videatur, secundum Servium. — Livius in I ab urbe condita [8, 7]: cum virium haud paeniteret, deinde viribus consilium parat, paeniteret id est parum videretur. *D.*

— II, 1, 10 *ne ille*] id est valde ignorat, ne enim pro valde accipitur, ut idem in Andria: ne illa illum haud novit, cuius causa haec incipit [Prisc. II, 84]. *D.*

— II, 1, 16 *religio*] id est metus: timeo amicae dicere nihil esse mihi, quod ei dem, ne ei vilior sim. religio enim metusque reciprocum est [Serv. Aen. II, 715]. *D.*

— II, 3, 30 *alterae*] vel alteri . alterae enim antiquum est, quod Priscianus refert [I, 197]. *E.*

— II, 3, 46 *anuis*] more antiquo hic contra regulam anuis protulit Prisciano teste in libro VI nominis [I, 268]. *E.*

— II, 3, 60 *adfectant*] id est intendunt, ut Virgilius in III Aen. [670]: dextram affectare id est intendere secundum Servium. *D.*

— III, 2, 4 *tardiusculus*] comparativus potest parvo superantem demonstrare, unde etiam diminutionem accipit, maiusculus, minusculus, tardiusculus. hoc Priscianus in II [I, 86]. *E.*

— III, 3, 3 *his oculis*] pleonasmus est hisce oculis, qui fit, quotiens superflua adduntur. Virgilius secundum Servium in I Aen. [738]: vocemque his auribus hausi [cf. Serv. Aen. IV, 359]. *D.*

— IV, 1, 6 *opperibor*] operior ab operio activo videtur quibusdam esse, quod deponens est, ut hoc loco: virum opperibor. cuius quamquam simplex peritus sit, verbum

---

6 in primo buc. 22 dextramque. 25 unde *om.* 28 oculis *om.* 34 sit] s . .

in usu non est, quod debuit secundum analogiam perior esse. Ita esse Priscianus affirmat in I libro verbi [I, 400]. *E.*

Haut. IV, 6, 21 *deamo*] de hic augentis est, id est valde amo, ut debiscens valde hiscens secundum Servium in I Aen. [106]. *D.*

— V, 2, 7 *eccum*] pro ecce eum, sic Priscianus probat [I, 594]. *E.*

— — *incusas*] incusare est proprie superiorem arguere, ut Virgilius in I Aen.: talibus incusat, accusare vero vel parem vel inferiorem, ut superius: me miseram, quae nunc, quam ob rem accuser, nescio, ad maritum uxor. et hoc proprietatis est, usus licet haec male corrumpat. sciendum est etiam hunc poetam omnibus comicis propter proprietatis observantiam praestare secundum Servium in I Aen. [410]. *D.*

— V, 5, 21 *Archonidi*] dativum protulit pro genetivo, quod ostendit Priscianus in libro III nominis, ubi docet de nominativo et genetivo [I, 247]. *E (man. rec.).*

4. Ad Phormionem.

Phorm. I, 2, 38 *exadversum*] econtra, et est adverbium. docet Priscianus in praepositione [II, 26]. *E.*

— I, 2, 48 *extra*] est praepositio, ut affirmat in libro XII de praepositione Priscianus. ex eo derivatur extraneus et externus, et ab ex extra [II, 42]. *E.*

— I, 3, 2 *adventi*] pro adventus legendum esse Priscianus ostendit in II libro nominis [I, 258], eo quod iste protulisset antiquitus hoc secundae declinationis adventum adventi, ut in Andria: nihil ornati, nihil tumulti, et in Adelphis: exacta aetate hoc fructi, et in Hecyra: animum quaesti gratia pro quaestus. ponitur autem hoc loco pro nominativo casu, sicut idem docet in primo libro de constructione [II, 188]. *E.*

— I, 4, 42 *plectar*] passivum, non deponens, cuius activum plecto. sed ab eo composita tam deponentia quam

---

13 propter *om.* 22 *post* Priscianus *irrepserunt:* antiquarius id est antiquarum peritus rerum. 32 tam deponentia *om. G.*

communia inveniuntur, ut Priscianus in I libro verbi declarat [I, 399]. *GE.*

Phorm. II, 1, 18 *meditata*] passive dicit, quod Priscianus ostendit in I libro verbi [I, 385]. *E.*

— II, 2, 14 *quo*] pro quanto dicere Terentium in constructione docemur [II, 137]. *E.*

— II, 2, 29 *potissimum*] facit comparativum verbum potior potiris: hic et haec potior, hoc potius. potissimus superlativus. potest tamen hoc a nomine potis accipi, quamvis significatio alia esse videatur secundum Priscianum [I, 84]. *E.*

— II, 3, 27 *extortor*] a verbo torqueo, torsi, tortores et torsores utrumque dicitur, quod Priscianus declarat in secundo libro verbi [I, 487]. *E.*

— II, 3, 82 *habent*] id est sunt. nam habere pro esse interdum ponitur secundum Priscianum de constructione [II, 397]. *D.*

— IV, 1, 21 *ego meorum solus sum meus*] prima possidet prima. et hoc esse figurate dictum Priscianus docet in pronominis priore libro [I, 583]. *E.*

— IV, 3, 6 *compluria*] compluria docet Priscianus dicendum in libro VII, ubi refert de casibus dicens: inveniuntur quaedam, quae obliquos casus communes habent vel possident, quamvis nominativus non sit communis, ut plus, cum sit neutri nominativus dumtaxat, genetivus eius communis est trium generum, nec non et dativus et ablativus, unde pluralia quoque tam in es quam in a invenimus hi et hae plures et haec plura vel pluria, unde compositum compluria [I, 315]. *E.*

— IV, 3, 18 *fugitans litium*] fugitans hoc loco genetivo coniunctum nomen esse ostenditur in secundo libro constructionis [II, 217]. *GE.*

— IV, 3, 60 *pluscula*] plusculus, pluscula, plusculum

1 ut *om. G.* — in I] in scdo primo *G.* — declarat. *om. G.* 5 dicere] di certe. — Terentium *om.* 7 facit] . . . t. 9 *inde a* potest *plurima prorsus evanuerunt.* 20 pronominis] constructionis. 24 non *om.* 27 quoque] quaedam.

mobile est et est diminutivum a plus, cuius positivus multum, Prisciano probante [I, 104]. *GE.*

Phorm. IV, 4, 6 ut] ut hoc loco significat utinam secundum Priscianum de constructione [II, 240]. *D.*

— V, 1, 5 *nam quae*] pro quae nam. hodie enim nam particula postponitur, antea praeponebatur. Virgilius in IV Georgicon [445]: nam quis te iuvenum, secundum Servium. *D.*

— V, 8, 86 *in solas terras*] id est desertas, ut supra: venit meditatus ex solo loco, secundum Servium in V Aen. [613]. *D.*

5. Ad Hecyram.

Hec. I, 1, 1 *per pol quam paucos*] id est perquam paucos. pol enim per se plenum iurantis adverbium est, cui praepositio numquam separatim cohaeret, secundum Servium in I Aen. [644]. *D.*

— I, 2, 32 *tacita*] ideo tacita, quia maior est taciturnitatis effectus, ut Virgilius: tacitum pertemptant gaudia pectus, in I Aen. [502] secundum Servium. *D.*

— I, 2, 64 *potus*] potus participium protulit esse Priscianus in libro II verbi, ubi a neutralibus verbis vetustissimos participia dicit proferre [I, 483]. *E.*

— I, 2, 102 *complusculos*] complusculus diminutivum facit comparativum plus, cuius positivus multum, quod Priscianus quidem declarat [I, 104]. *E.*

— II, 1, 16 *exorere*] exorior exoreris, exorior exoriris utriusque et tertiae et quartae coniugationis invenitur Prisciano in III libro verbi probante [I, 501]. *E.*

— V, 3, 38 *quaesti*] pro quaestus antiquitus prolatum, ut in Andria idem: ornati, tumulti, et in Adelphis: fructi pro fructus, et in Phormione: eius adventi pro adventus, Prisciano teste in VI nominis [I, 257]. *E.*

---

1 *prius* est *om. G.* 2 Prisciano probante *G,* quod Priscianus refert *E.*

6. Ad Adelphos.

Ad. I, 2, 37 *olet*] oleo oles et olo olis invenitur unius significationis sed diversae coniugationis Prisciano teste in libro I de verbo [I, 444]. *GE.*

— II, 1, 14 *enim*] enim hic pro certo affirmativo accipiendum est secundum Priscianum: praepositiva enim maxime habent hanc id est affirmativam significationem [II, 104]. *D.*

— II, 1, 31 *debacchatus*] a baccho bacchor baccharis verbum, quod declarat Priscianus in I libro verbi [I, 434]. *GE.*

— II, 1, 42 *pro supreme Juppiter*] irascentis exclamatio est secundum Servium [Aen. IV, 590]. *D.*

— II, 2, 13 *venio*] pro eo. econtra Virgilius: vos tandem e navibus itis, pro venitis, in II Aen. [375] secundum Servium. *D.*

— II, 3, 8 *festivom caput*] celebris homo, ut idem in alio loco: o lepidum caput, id est lepidus homo, secundum Servium in I Aen. [399]. *D.*

— II, 4, 5 *in os*] pro in ore, ut in quem exempla fient pro in quo. nam Graecos imitatus est secundum Priscianum de constructione [II, 294]. *D.*

— III, 2, 52 *quid istic*] pro affirmativa particula hic poni Priscianus his verbis affirmat: duae partes pro confirmativis interdum adverbiis ponuntur, ut quidni, cur non sic est, quid istic, quo frequenter utitur Terentius in confirmatione, ut in Adelphis: quid istic. a. m. d. [II, 85]. *D.*

— III, 3, 21 *ne*] pro ut non hoc loco deberi accipi Priscianus docet in adverbio [II, 84]. *GE.*

— III, 3, 23 *ludere*] id est moveri, ut Virgilius in I Georg. [368]: colludere plumas, secundum Servium. *D.*

— III, 3, 30 *egens*] id est pauper, nam haec erat causa militandi, ut Virgilius: primis huc misit ab annis pauper in arma pater, secundum Servium in II Aen. [87]. *D.*

— III, 3, 40 *quantus quantus*] pro quantuscumque. Priscianus de constructione [II, 135]. *D.*

Ad. III, 3, 43 *coeperet*] non coeperit . . . . . Priscianus in libro verbi tertio: coepio, quod in usu non est, coepi facit praeteritum. Terentius in Adelphis praeteritum imperfectum subiunctivi eiusdem verbi, quod ex praesenti nascitur, profert: sinerem illum? a. n. s. t. m. p. o. q. i. q. c. [I, 500]. *D.* — Praeteritum hoc imperfectum a verbo coepio, quod praesens in usu non est, videtur nasci, in III libro verbi ostendente Prisciano. *G E.*

— III, 3, 87 *ne*] aliter: ne affirmativum hic accipe, ut sit pro certe, ut idem in Andria: modone id demum sensisti Pamphile, Horatius in II sermonum: clarus erit, fortis, iustus, sapiens, ne etiam et rex [Prisc. II, 102]. *D.*

— III, 4, 14 *salvere Hegionem plurumum iubeo*] pro salve Hegio plurimum. salvere etiam et gaudere absolute interdum pro salve et gaude dicimus, sed per figuram eclipseos id est defectionis. subauditur enim iubeo vel volo vel opto, secundum Priscianum de constructione [II, 228]. *D.*

— IV, 2, 21 *non*] id est nonne. non pro nempe hic accipiendum est, ut Virgilius in XI [152]: non haec, o Palla, dederas promissa parenti, id est: nempe haec dederas mihi promissa discedens, secundum Servium in XI. *D.*

— IV, 2, 39 *angiportum*] angiportus et angiportum a portu compositum secundae declinationis est, quod Priscianus refert in III libro nominis, ubi hoc pro exemplo posuit: angiportum [I, 262]. *G E.*

— V, 1, 1 *Syrisce*] Syrisce non esse adverbialiter dictum, id est more Syri, ut quibusdam visum est, sed diminutivum a Syro Priscianus scribens de diminutivis confirmat dicens: usi sunt auctores etiam in quibusdam graecis diminutivis, ut Terentius: edepol, Syrisce, te curasti molliter [I, 115]. *D.* — Graeco utitur diminutivo Prisciano teste in III libro de diminutivis. *G E.*

— V, 2, 6 *manum abstines*] quia abstineo illum et illius

---

1 non coeperat: *deinde tria quattuorve verba evanuerunt, item prorsus fere obscurata sunt v. 2* libro verbi tertio, facit praeteritum, *v. 4* profert, *v. 5* sinerem. 6 hoc *om. G.* 7 verbi *om. G.* 29 in quibus.

et illo dicimus. Horatius in III carminum: mox ubi lusit satis, abstineto, dixit, irarum, Virgilius in VII: abstinuit tactu pater adversusque refugit [Prisc. II, 299]. *D.*

Ad. V, 3, 63 *carbost*] pruna dicitur, quamdiu ardet et est a perurendo dicta, ut Horatius: praetextam et latum clavum prunaeque batillum. cum autem extincta fuerit, carbo nominatur secundum Servium in XI Aen. [788]. *D.* cf. Isid. XIX, 6, 7.

— V, 4, 6 *excurso*] ab eo, quod est curritur, participium passivum protulit. dicitur enim curritur spatium secundum Priscianum de verbo [I, 375]. *D.*

— V, 4, 17 *potitur commoda*] potior rem illam, nam potior illius et illum et illo dicitur. Cicero in invectivarum II: rerum potiri volunt, Virgilius in I Aen.: optata potiuntur Troes harena, secundum Priscianum de constructione [II, 281]. *D.*

— V, 8, 35 *suo sibi gladio*] dativus primitivi, quod est sibi, coniuncto dativo possessivi intellegitur loco genetivi positus, id est suo illius gladio, quod Priscianus in libro priore de constructione declarat, ubi hoc ipsum ac Virgilii ostendit exemplum: Phoebo sua semper apud me munera sunt lauri et cetera [II, 172]. *GE.*

II. Donati.

1. Ad Andriam.

Andr. prol. 5 *operam abutitur*] id est extra rectum usurpat vel extra consuetudinem usurpat. Donatus: utimur fructu manentium rerum, abutimur, cum deperdimus et rem et fructum. *C.*

— 11 *non ita*] Donatus pro valde. *C.*

— II, 2, 11 *etsi scio*] aliter ⟨et⟩ id ⟨scio secundum Don.⟩ *C.*

— II, 3, 1 *quid igitur*] hic incipit alia scaena teste Donato. *C.*

---

2 in VII] in octavo. 10 Priscianum d. c. *id est* de constructione. 20 sunt *om. G.* 23 usū ⁝ . . . 28 sqq. *quae uncis inclusi, ipse addidi.*

Andr. III, 2, 6 *per ecastor scitus*] perscitus ⟨secund. Don.⟩ *C.*

— III, 2, 24 *occepi*] vel occoepi secundum Don. *D.*

— III, 5, 2 *nulli*] nullius secund. Don. *D.*

— IV, 1, 17 *multum*] scilicet promovero scd. Don. *D.*

— IV, 3, 5 *dolorem*] aliter laborem scd. Don. *D.*

— IV, 3, 13 *iusiurandum*] iurandum scd. Don. *D.*

— IV, 4, 6 *litigat*] aliter litigant scd. Don. *D.*

— IV, 4, 21 *ex istoc excessis loco*] inde excedas, aliter excessis scd. Don. *D.*

— IV, 4, 42 *cho*] aliter au scd. Don. *D.*

— IV, 5, 21 *despoliare*] a bonis Chrysidis scd. Don. *D.*

— V, 1, 5 *initum*] promissum et inchoatum, coeptum scd. Don. *D.*

— V, 1, 6 *quod cupis*] vel velis. legitur et quod iubet scd. Don. *D.*

— V, 1, 20 *tum*] scd. Don. tum in versu non scribitur, sed subauditur. *D.*

— — *praesenseram*] aliter praesenserant scd. Don. *D.*

— V, 1, 22 *quid*] id est propter quid vel pro qua re scd. Don. *D.*

— — *ac*] pro contra quam scd. Don. *D.*

— V, 4, 9 *iactas*] aliter lactas scd. Donatum. *D.*

— V, 4, 16 *sic Crito etc.*] sic, Crito, est hic. mitte, scd. Donatum. hic enim Chremes traducit illum ab iracundia dicendo sic eum esse. *D.*

— V, 4, 18 *moveo*] id est turbo scd. Don. *D.*

— V, 4, 36 *sane istam*] aliter ne scd. Don. *D.*

— V, 4, 38 *odio*] aliter odium scd. Don. *D.*

— V, 5, 7 *Davom video*] in aliis libris Davi persona hic infertur scd. Don. *D.*

2. Ad Eunuchum.

Prol. 5 *existimat*] pro existimavit scd. Don. *D.*

— 9 *Menandri Phasma*] scd. Don. nomen fabulae Menandri est. *D.*

Prol. 12 *quam ille*] scd. Don. scilicet dicat. *D.*

Eun. I, 2, 83 *numcubi*] num ubi scd. Don., id est num alicubi. *D.*

— I, 2, 105 *hoc*] hoc absolute dictum est scd. Don. *D.*

— I, 2, 120 *neque me finxisse*] dum feci, quae dixi contra eum. aliter dixisse scd. Don. *D.*

— II, 1, 5 *quod mihi est carius*] pro qui mihi sum carior, aliter quod mihi carior (!) scd. ⟨Don.⟩ *D.*

— II, 1, 13 *adigent*] aliter adiget, ut sit insomnia singularis numeri scd. Don. *D.*

— II, 1, 14 *ingratus*] scilicet mihimet, aliter ingratis, id est non ultro scd. Don. *D.*

— II, 1, 16 *nimis mihi indulgeo*] aliter nimis me indulgeo. sic veteres, quod nos mihi, scd. Don. *D.*

— II, 2, 43 *animo*] aliter animi pro animo scd. Don. *D.*

3. Ad Phormionem.

Prol. 1 *Postquam etc.*] hoc vitium ad destructionem personae adversarii sumitur coniunctum cum insinuatione Terentianae personae. *E.*

— — *postquam*] postquam non solum praeterito tempori sed etiam praesenti apud veteres adiungitur. *E.*

— 2 *retrahere a studio*] quasi Luscius magis rem scaenicam laedere voluerit quam Terentium. *E.*

— 3 *maledictis deterrere*] ipse se adversarius victum fatetur, quia rebus exclusus ad verba delapsus est. *E.*

— 4 *dictitat*] frequentativum verbum imprudentiam ostendit. *E.*

— — *quas antehac fecit*] lentum accusatorem facit, qui praeterita ingerat et de quibus iam scit iudicatum in melius. *E.*

— 5 *tenui esse etc.*] imperitum inducit criminatorem, qui hoc obiciat, quod proprium debet esse comici stili. *E.*

— 6 *quia nusquam etc.*] id est ideo videmur leves

26 qui a *Stud.*

tenuesque, quia in comoedia prodigia facta non sunt, nec tragoedias concitavimus. *E.*

Prol. 9 *olim*] cum adhuc Terentius non scriberet, penuria meliorum ⟨est⟩ probata. *E.*

— 15 *nisi haberet*] quasi dubium non sit male dicendum esse Luscio. *E.*

Phorm. I, 2, 7 *sed*] sed particula transitum significat ad mentionem alterius rei. *E.*

— I, 2, 20 *sic est ingenium*] non fortuna, inquit, avarus est sed natura. *E.*

— I, 2, 22 *provinciam*] adquisitae bello longe ab Italia regiones provinciae dictae sunt a porro et vincendo, ad quas praetores quia cum officio mittebantur, officia quoque provincia nominantur. *E.*

— I, 2, 26 *fidelis*] fidus est amicus, fidelis servus. ostendit stultum esse seni adversus iuvenem esse fidelem. *E.*

— I, 2, 28 *advorsum stimulum calces*] deest iactare. *E.*

— I, 2, 31 *puellulam citharistriam*] ut causa amoris et aetate et arte videatur. *E.*

—, I, 2, 33 *ea serviebat etc.*] et honeste et cito dixit. — magna praeparatio ad rerum difficultatem imminentium: puellam citharistriam, avarus leno, amator perditus. *E.*

— I, 2, 35 *oculos pascere*] hoc solum erat, quod leno non venderet. *E.*

— I, 2, 36 *sectari*] ioculariter in adolescentem, cum aetas ad philosophos sectandos apta erat. hinc philosophorum sectae. sed sectari est proprie, ut taurus buculam, aries ovem. *E.*

— I, 2, 45 *quandam*] bene quandam, ne ob familiaritatem laudare videretur. *E.*

— — *hic viciniae*] adverbium in loco est, cuius ad locum est huc viciniam. *E.*

— I, 2, 46 *miseram*] miseram ab affectu, et subdistinguendum, ut ad virginem referatur. *E.*

— I, 2, 48 *neque notus etc.*] haec praestruuntur, ut sit spes potiundae virginis. *E.*

---

13 qi *Stud.* 28 [ne?] *Stud.*, *sed certo legitur* ne.

Phorm. I, 2, 50 *virgo ipsa*] bene ipsa, quia, quae supra dixit, non ad ipsam sed ad eventum eius pertinebant. *E.*

— I, 2, 50 *quid verbis etc.*] sic dicit Terentius, ubi ad affectum properat. *E.*

— I, 2, 51 *omnes*] quia res ad Antiphonem tantum. *E.*

— I, 2, 61 *amare coepit*] bene coepit, non amavit, ut ostendat vim amoris non parvam, ut rem, quae semel suscipi possit. *E.*

— — *evadat*] evadere est per obstantia pervenire. *E.*

— I, 2, 62 *recta*] recta, quia non per nuntium. *E.*

— I, 2, 71 *denique*] denique adverbium ordinis, id est deinde vel ad postremum. *E.*

— I, 2, 73 *homo*] homo comice additum. nam quis ignoret parasitum hominem esse? *E.*

— — *confidens*] confidens improbus. *E.*

— — *qui*] qui id est utinam. aut expletivum est aut nomen, quo incipiens eum describere exhorruit consideratione eius et in hanc vocem quasi confusus erupit. *E.*

— I, 2, 76 *illos ducere*] nihil enim ad rem, si ducendi necessitas non esset. *E.*

— — *lex iubet*] bene iubet. minorem enim vim lex habet, quae aliquid permittit, quam quae aliquid iubet. *E.*

— I, 2, 80 *omnia*] omnia non abundat, sed oratorie quasi iam multa. *E.*

— I, 2, 88 *quod fors feret etc.*] desperatione rerum fortis est servus. *E.*

— I, 3. In hac scaena color vitae est eorum, qui, quod immodice concupierunt, spernunt, postquam invenerint. *E.*

— I, 3, 12 *expetenda optanda*] omnia enim, quae agimus, aut industria aut voto proveniunt, hoc est: aut in nobis sunt aut in fortuna posita. *E.*

— I, 4, 15 *sed*] sed pro ergo. *reperiam*] si cesset. *quaerere*] si ambulet. *E.*

— I, 4, 25 *advigilare*] ad vim auctivam habet, ut admirabile. *E.*

---

14 ignorat *Stud.* 28 postquam] quia *Stud.* 34 activam *Stud.*

Phorm. I, 4, 31 *quin*] quin pro cur non. *E.*

— II, 1, 1 Hic versus totus in hoc est: an factum sit, quid, a quo, in cuius iniuriam. *E.*

— — *tandem*] tandem hic expletiva coniunctio. *E.*

— II, 2, 24 *regi*] id est diviti. nam rex alias regnator, alias dives, alias patronus, ut Iuvenalis [I, 135 sq.]: quaeque optima prandet rex horum. *D.*

— II, 3, 11 *vide*] stomachantibus convenit, qui indignatione coguntur quasi cum aliquo loqui. *E.*

— II, 3, 17 *se continebat*] con. expresse ostendit miseriam, qui in urbe natus interdixerat sibi eius accessum ob pudorem inopiae. *E.*

— II, 3, 18 *senex*] senex miserabiliter et invidiose. *E.*

— II, 3, 20 *at quem virum*] causa est, quod ad cognatum addidit virum. qualitas iniuriae ad dignitatem personae. *E.*

— II, 3, 31 *adulescens*] moris est senum, minores aetate pueri vel adolescentis vel iuvenis nomine appellare, ut illis auctoritatem detrahant, sibi augeant. *E.*

— II, 3, 36 *ais*] ais dicimus de his, quae vana dicere validiora. *E.*

— II, 3, 58 *regnas*] regnum solutum est legibus opprimens libertatem. *E.*

— II, 3, 71 *ohe*] ohe interiectio satietatem usque ad fastidium signans. *E.*

— III, 1, 20 *palaestra*] a palaestra domus lenonis, a qua exercitus est amator assidue. *E.*

— III, 2, 1 *quin*] quin modo corripiendi vel imperandi vim habet.

4. Ad Hecyram.

Hec. prol. 1. In Hecyra prologus multiplex et rhetoricus nimis, quia saepe exclusa diligentissima defensione indigebat. protasis turbulenta, epitasis mollior, lenis catastrophe. in tota comoedia hoc agitur, ut res novae fiant nec tamen abhorreant a consuetudine. inducuntur benivolae socrus,

13 *hoc schol. om. Stud.*

verecundae nurus, lenissimus in uxorem maritus, deditus matri filius, meretrix bona. *E.*

Hec. prol. 1 subtili utitur conquestione, ne aperte populum neglectae fabulae reum faciat et in favorem facile reducat. *E.*

— — *Hecyra*] a nomine coepit, ut incognitam probaret et ideo spectandam. *E.*

— — *datast*] dari dicitur, dum agitur fabula, stare, dum placet. *E.*

— 2 *vitium et calamitas*] vitium, quod non est spectata, calamitas, quod non cognita. *E.*

— 3 *ut neque spectari etc.*] defensio . non iudicio comoedia exacta est. *E.*

— — *spectari*] spectatores ideo et actores, quia maior pars in gestu est quam in verbis. *E.*

— 4 *ita populus etc.*] a derivatione causae. non quia mala est, exclusa est, sed quia populus stupidus. *E.*

— 8 *alias*] mire illi petit favorem ex aliis, quae spectatori notae sunt. *E.*

— prol. II, 1 Subtiliter novo poetae Terentio a vetusto petitur exemplum magnae auctoritatis, Caecilio, et ingeniose. nam quod rudi Terentio semel, contigit veteri saepe, quod huic actam et probatam, illi partim exactam partim vix probatam. his omnibus argumentis actum est, ut non sit desperandum de Terentio, quod expulsus est, ut par fiat Caecilio aut melior. *E.*

— — 3 *quo iure etc.*] per exempla ostendit non turpe esse exclusam unam Terentii fabulam, cum multorum poetarum exactae sint. *E.*

— — 12 *perfeci*] ut molem difficultatis ostenderet. *E.*

— — — *ubi sunt cognitae*] elegans promissio, quasi et hanc placituram, si cognita fuerit. *E.*

— — 13 *ita poetam*] non Caecilium, ut hoc videatur communiter populo praestitisse. *E.*

— — — *restitui*] ostendit populo se profuisse, poetam ad laborem revocasse. *E.*

---

3 questione *Umpf.* 29 *om. Umpf.*

Hec. prol. II, 18 *ut in otio etc.*] ex ipsis rerum nominibus ostendit facilitatem deterrendi. *E.*

— — 20 *mea causa*] commendatio levis personae per aliam gravem. *E.*

— — 21 *mihi*] a persona dicentis. *E.*

— — 22 *ita eam oppressit*] hoc succedit pro illo, quod est a persona adversariorum. *E.*

— — 30 *refero denuo*] re- abundat aut denuo. *E.*

— — 31 *primo actu placeo*] non diu pependit iudicium, sed statim placuit, ut, quod sequitur, non iudicio, sed perturbatione factum videatur. *E.*

— — 38 *artem musicam*] oratorie, non quasi Terentii causa agatur, sed artis musicae. *E.*

— — 40 *meae auctoritati*] quia senex est.

— — — *meae auctoritati etc.*] qua Terentium probo. vult tantae auctoritatis esse, ut populo placeat, qui sibi placet. *E.*

— — 41 *si numquam*] commendatio ab actis ante. *E.*

— I, 1, 6 *em*] mirantis vel adverbium demonstrantis. *E.*

— — *ergo*] ergo affectum exprimit reprehendentis, sibi tarde consentientem. *E.*

— I, 1, 7 *moneo et hortor*] monemus consilio, hortamur impulsu. *E.*

— I, 1, 15 *iniurium*] indignantis, modo vim adverbii habet. *E.*

— I, 2, 48 *denique*] denique longitudinem temporis significat. *E.*

— — *effecit*] efficimus, quod cum magno conatu vix per nos accipit finem. *E.*

— I, 2, 56 *mecum*] argumentum a dictis. *E.*

— I, 2, 58 *Parmeno*] moraliter nomen repetit et significanter et mire interposuit nomen, ut affectum doloris ostenderet. *E.*

— I, 2, 61 *illa*] illa, quasi dicat: plena desiderii, plena

---

5 *om. Umpf.* 24 *inde ab hoc schol. omnia seq. om. Umpf.*

amoris, plena dulcedinis; similiter addit: virginem, et expresse: non attigit, nedum amplexaretur. *E.*

Hec. I, 2, 62 *nihilo magis*] asseverationis est. *E.*

— I, 2, 63 *cum virgine una adulescens cubuerit plus potus*] hoc est: simul in uno loco. cum virgine: a persona, una: a loco, adolescens: a persona, cubuerit: ad habitum et occasionem, plus potus: ab impulsione. *E.*

— I, 2, 72 *tolerare*] verbum est mala patientis. *E.*

— I, 2, 77 *pium ac pudicum etc.*] pium in meretricem, pudicum in virginem, Pamphili, quem periurum putabat. *E.*

— I, 2, 84 *procax*] despoliatrix et petax. procare enim petere est. *E.*

III. Eugraphii.

Andr. I, 1, 40 *hoc tempore*] quod dicit, videtur ad omnia tempora spectare. *C.*

— I, 1, 111 *diceret*] loquitur ex persona filii, quem si voluisset per suspicionem redarguere et hoc ei responderet, honesta et congrua oratio esset. *C.*

— I, 1, 135 *magis id adeo*] ut magis, inquit, mihi noceat, quam filio prosit. *C.*

— I, 1, 137 *mala mens, malus animus*] quia occultum servum videbat aliquid facere, ut alteri noceat, non ut prosit, ideo hanc adiunxit causam, quod mala mens, malus animus ista semper fecerit. *C.*

— I, 1, 141 *ut adsimules nuptias*] hoc est tertium, quod in propositione posuerat: 'et quid facere in hac re te velim', ut bene scilicet assimules nuptias et quae sequuntur. *C.*

— II, 1, 30 *ego Charine*] hic sensus maximam intentionem ⟨desiderat⟩: mereat primum hoc est instat, merendo enim praestatur. est autem talis sensus: ego, Charine, non puto esse officium liberi hominis, ut nihil praestet, unde sibi huius gratia debeatur. ergo cum hoc non praestem,

31 desiderat *om.*

nolo mihi debeas gratiam, quippe cum ego has nuptias velim fugere magis quam tu adipisci. *C.*

Haut. V, 4, 10 *vide alterum schol. genus.*

IV. Festi. [vidu. Paul. Diac.]

[W. 419]

Eun. II, 3, 90 *faba*] faba pro tristitia ponitur. fabam nec tangere nec nominare diali flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. nam et lemuralibus iacitur larvis et parentalibus adhibetur sacrificiis, et in flore eius luctus litterae apparere videntur. *E. cf. Fest. ep. Paul. 87.*

V. Porphyrionis.

Haut. prol. 36 *statariam*] comoediarum sunt genera sex: stataria, motoria, praetextata, tabernaria, togata, palliata, secundum Porphyrionem. *D.*

VI. Isidori.

Eun. III, 1, 36 *pulpamentum*] pulpa id est caro. dicta est, quod cum pulte olim mixta antiqui hac vescebantur, unde pulmentarium et pulmentum et pulpamentum secundum Isidorum [or. XX, 2, 27]. *D.*

— IV, 7, 6 *manipulus furum*] manipulus ducentorum est militum. manipuli autem dicti sunt milites, sive qui bellum primo mane incipiebant, sive qui, antequam signa essent data, manipulos id est fasciculos stipulae vel herbae alicuius pro signis ferebant, a quo signo manipulares milites dicti sunt, de quibus Lucanus: 'convocat armatos extemplo ad signa maniplos [Isid. IX, 3, 50]. *E.*

— V, 8, 36 *superbum*] superbus dicitur, qui plus, quam sit, se ostendit, quod graeca etymologia apertius dicitur: graece enim ὑπερηφανής vocatur, id est super apparens

22 vel *om.* 24 exemplo. 25 manipulos. 28 yperiphanos.

vel super excellens vel protervus. ponitur et pro nobili sicut in hoc loco [*cf.* Isid. X, 248]. *E.*

De ceteris Isidori scholiis vide alteram scholiorum silvam.

VII. Scholia incerti auctoris.

Andr. prol. 27 *spectandae an exigendae*] spectandae id est probandae, ut Horatius de arte poetica [37]: spectandum nigris oculis nigroque capillo. exigendae vero excludendae, ut idem in IV carminum [15, 17]: non furor civilis aut vis exiget otium, et Terentius in Hecyra [242]: ubi duxere impulsu nostro, vestro inpulsu easdem exigunt. *D.*

— II, 6, 16 *subtristis*] et tamen Davus monuerat Pamphilum, ne se ostenderet tristem. et ex hoc potest notari, quod tristitia cordis non potest abscondi ab homine, unde illud Ovidii in Met. [II, 447]: O quam difficile crimen non prodere vultu est. *D. man. rec.*

Eun. II, 1, 6 *quin*] aliter qui, pronomen est *D. cf. paulo infra ad Haut. IV, 3, 23.* p. 40

— II, 2, 9 sq.:

Iusti per cultum pravum datur esse redultum.
Tot tenet in nexu, quot temperat ista reflexu.
Praestans ille datur, quem provida virgo miratur,
Fit virtus ..... fors est cuius data iussis.
Ergo geometrici, quibus haec industria cordi,
Instantes propria mutant consortia virga. *E.*

— IV, 4, 39 *dic dum*] dum id est adhuc, ut Cicero in epistolis ad Cassium [fam. XII, 7, 2]: quamquam nihildum audieramus, nec ubi esses, nec quas copias haberes, tamen sic statuebam, omnes, quae in his partibus essent opes copiaeque, tuas esse. *D.*

V, 4, 2 *astu*] astute et sapienter, unde Sallustius in Catilinario [26, 2], cum Tullii Ciceronis curam in rem

---

10 civilis] cunis. 14 ab homine unde] a froe uiꝫ. 21 quot] quod. *sententia totius poëm. dubia.* 23 *deest spondeus, incertum qua in sede: liber hiatum non indicat.* 24 greometrici.

publicam laudaret et diligentiam, ait: neque illi tamen ad cavendum dolus aut astutiae deerant. *D.*

Haut. IV, 3, 23 *quin*] vel quid. certe. aliter qui, ut sit pronomen, ut in Eunucho [212]: qui effectum dabo secundum b (!). *D.*

— V, 5, 2 *pacem conciliem*] ut Cicero in libro epistolarum ad Lepidum [fam. X, 27]: pacis, ait, inter cives conciliandae cupidum te esse laetor. *D.*

Phorm. II, 2, 11 *in nervum*] aliter: in nervum id est in vincula, ut Livius in III ab urbe condita: homines nobiles in nervos conici iubet. *D.*

— II, 3, 72 *actum ne agas*] ut Tullius de amicitia [XXI, 85]: acta agere vetamur vetere proverbio.

---

1 et diligenter. 3 quid *et* qui *aliae lectiones,* certe *scholion. quis auctor littera b indicatus sit, incertum.* 6 epistolam.

B. Alterum scholiorum genus.

(Commentarius antiquior.)

Andria.

Prologus.

1 *poeta*] loquitur de se Terentius quasi de alio, quia debuerat dicere: ego cum primum applicavi animum meum. cum dicit 'poeta', ostendit se metrica arte hoc opus composuisse. illud etiam Priscianus testatur, qui scribit de metris Terentianis. scripsit autem Terentius iambico metro, cuius species multae sunt. *DMC.* Calliopius dicit haec dictata Terentii sub persona sua. *C.* 3 *quas fec. fabulas*] modus locutionis est: ut placeat, quam feci epistolam. 5 *operam abutitur*] id est interimit, illicite sumit. 7 *veteris poetae*] veteratoris ac per hoc detractoris. 8 *adtendite*] alloquitur suos auditores. 17 *ne*] id est plurimum vel etiam. *C.* 20 *neglegentiam*] non re vera, sed sicut illi putant. 21 *istorum obscuram diligentiam*] aemulorum tenebrosam curiositatem. 24 *adeste*] intenti, scil. silendo, o Romani. *C.* 25 *pernoscatis*] perspicue cognoscatis. *ecquid spei*] in aliis comoediis, id est fabulis.

---

5 quia] qui *D.* 6 applicavi] adeam *D.* 8 scribit] describit *D.* 9 Terentius] iste *M.* 10 cuius] omnes *D.* 18 curiositatem] obscuritatem *D.*

I, 1.

1 *Sosia*] Sosia iste quondam a Simone emptus est et libertate donatus et in tantum placide servivit domino suo, ut principem quoquorum constituerit illum *M.* 2 *adesdum*] dum *παρέλκον*, adiectio syllabica. *C.* dum prope es, huc veni. nam Sosias eulogiis acceptis recedere volebat. superius finxerat Simo se velle in crastinum nuptias facere filio suo, si forte posset cognoscere, utrum diligeret Pamphilus Glycerium, quae Passibula dicta est, necne. hoc quoque audientes servi eius afferebant ei diversi diversas eulogias. interea dum offerrent eulogias, praecepit Simo, ut ceteri deferrent eulogias domum, Sosia vero remaneret ad colloquendum cum eo. 3 *nempe*] scilicet vis *C.* 13 *haud muto factum*] nolo iterum te subicere servituti. 15 *adversum*] pro apud. 17 *immemoris*] quasi ego non sim memor. 18 *quin*] comicum verbum est pro sed. 26 *qui scire posses*] quia prius, cum sub disciplina esset, nullatenus potuisti eius voluntatem atque animum considerare. 31 *egregie*] specialiter, nulla excepit studia, sed ad omnia strenuus erat peragenda, ergo omnia egregie studebat. 32 *mediocriter*] modeste. 34 *adprime*] pro maxime. 42 *abhinc triennium*] retro triennium, adverbium est temporis. 45 *aetate integra*] adulta ad nubendum. 46 *ei*] interiectio dolentis. *apportet mali*] dum audivi Andriam, Glycerium vel Chrysidem, a te nominari, timui, ne quid mali sua pulchritudine inferat filio tuo Pamphilo. 47 *duriter*] laboriose. 48 *lana ac tela*] lanificio et filatura. 51 *proclive*] caducum et labile, non fixum. 55 *mecum*] coepi cogitare et dicere *DGEM*, cogitabam *C.* 56 *habet*] a gladiatore *D*, id est letali vulnere percussus est filius *D man. rec.* 57 venientis et abeuntis accusativi sunt. *heus*] adverbium vocantis. 58 *sodes*] id est si audes, ut quidam dicunt, vel comicum verbum blandientis. 61 *eho*] adverbium interrogantis. *symbolam dedit*] id est collationem

14 subicere] dare *D*, reddere *C.*

ciborum dedit. symbola est collatio ciborum, quam etiam confrusam dicunt, aliter conferentiam. 66 *nam qui etc.*] qui ignem in sinu portat et non comburitur. 68 *modum*] ordinem, dispositionem, temperamentum, scias ipsum modum suae vitae esse sibi. 87 *mansueti*] modesti et simplicis. 89 *hem*] interiectio est expavescentis *M*, irascentis *CD*. 91 *adulescentulam*] Passibulam, quae adulative postea Glycerium dicta est. 93 *venusto*] venustas dicitur a Venere, dea libidinis; inde quoque venustus pulcher sive formosus, quia pulchritudine Venus delectatur. *E*. 98 *atat*] expavescentis. 100 *funus*] funus dicitur a funibus, qui cera illiti ad exequias mortuorum incendebantur, et ponitur pro morte. *EM*. 102 *in ignem imposita est*] ut moris erat antiquitus cadaver mortui busto imponere. 109 *quam*] multum. 116 *damnum*] dispendium. 123 *vehemens*] magna. 129 *animadvertenda*] vindicanda *C*. 134 *manibus pedibusque*] ad exprimendam eius malitiam dixit hoc. *obnixe*] callide, caute, insidiose. 135 *adeo*] certe.

I, 2.

Sosia liberto recedente coepit secum loqui hoc Simo de Davo et subito vidit illum exire de alia domo tristem *C(M)*. Hic loquitur secum Simo de nuptiis filii non dubitans, quin uxorem noluerit. 4 secum loquebatur, quasi dominus non audiret. 9 *duci*] seduci posse. 10 *interoscitantis*] somniculosos ac per hoc neglegentes. 13 *eho*] adverbium vocantis [*C:* vel reluctantis]. *quid hic volt*] secum loquitur. 14 *id populus curat*] de amore filii tui. irrisorie dictum. 15 *ego vero*] ironice. *C*. 23 *hem*] irascentis. 29 *omine*] signo, auspicio. 31 *circumitione*] circumlocutione, ambage. 33 *bona verba*] mitius loquere. 34 *temere*] praesumptuose [*DM:* praesumptive].

1 etiam] rustice *C*. 2 comfrusam *C*, frusam *D*, confrusa *M*. dicunt] vocamus *C*. 7 adulative] adulta *M*. 11 qui] quia *E*. illita *E*, illi superducti *M*. 17 eius malitiam] calliditatem illius *G*. . 20 *In M idem schol. exstat sed verbis mutatis et aliter collocatis.* 23 loquitur *EM*. 26 vel] *vc.*

I, 3.

1 *Enim vero*] Ad semet ipsum loquitur. *socordiae*] id est stultitiae. socors dicitur, quasi sine corde, id est sine intellectu *cf. Fest. pg. 293. M.* 7 *infensus*] iratus, plus quam odiosus. 8 *causam*] occasionem. 12 *audaciam*] praesumptionem et immensuratum amorem. 13 *amentium*] delirantium *G. amantium*] diligentium *G.* 14 *tollere*] suscipere et nutrire. 20 *commentum*] mendacium, excogitamentum, figmentum. 21 cum hic Davus secum loqueretur, vidit ancillam Glycerii nomine Mysin a domo Glycerii exeuntem *DM. me ad forum*] ducam.

I, 4.

Sic loquitur haec Mysis, quasi illa egrediente alia nomine Archylis clamaret post illam. 2 *temulenta*] ebria *G.* 4 *inportunitatem*] praesumptionem. 5 *compotrix*] compos vel socia importunitatis *CE (cf. Loewe, Prodromus 34 adn.).*

I, 5.

Secum loquitur Pamphilus in eundo, ita tamen, ut Mysis possit audire. 2 Dum Mysis iret pro obstetrice, vidit Pamphilum venire tristem, exanimatum, quia Pamphilus aliquid audierat ex nuptiis, ideoque stetit illa, ut sciret, quod malum ei acciderat. *Pro*] interiectio dolentis [*D:* irascentis] est. 7 *id mutavit*] denegationem ponit. 8 *obstinate*] perseveranter, intentive. 10 *invenustum*] dehonoratum. 11 *pro deum etc.*] exclamatio cum dolore. 12 *affinitatem*] propinquitatem, affinitas est coniunctio parentelae. 13 *spretus*] subsannatus. *hem*] irascentis interiectio est. 15 *monstri*] figmenti vel novi. 17 *ah*] expavescentis. 25 *impediunt*] involvunt, implicant. *divorsae*] in diversas partes. 27 *pudor*] verecundia. 28 *eine ego ut*] id est: numquid suaderi potest, ut ego ei, id est patri meo, adverser? *C.* 29 *quorsum*] in quam partem. 30 *per-*

---

9 cum *D*, dum *M*. 10 Mysis. 20 venire — 21 nuptiis *om. M*. 24 intente *G*.

opus] valde opus. *adversum*] apud. 32 *quis hic*] parenthesis *D.* 38 *egregie*] specialiter. 39 *eductum*] pro educatum vel nutritum. 42 *ignavom*] imbecillem. 43 *ingratum*] illiberalem. 47 *memor essem*] indignando. 54 *quod*] propter quod *CEM*, propter quia *D. hanc*] tuam, quam teneo. 59 *morigera*] est mores componens vel moribus serviens et concordans et obsecundans. aliter: morigerari id est mores portare. 61 *haec*] quae habeo. 64 *obstetricem*] eo quod obstat ventri. *accerso*] accerso, as, et accersio, is. quod est IV coniugationis, significat evoco, arcesso, as, quod est I, significat accúso. *EM. propera atque — audin?*] parenthesis. ordo est: propera ad Glycerium atque cave unum verbum.

II, 1.

Iste Charinus amabat Philumenam, filiam Chremetis, quam Simo Chremesque patres Pamphilo desponsaverant. *CGEM.* Charinus iste socius fuit Pamphili, qui habebat Byrriam, suum videlicet libertum, qui inter hos discurrebat investigans, si nuptiae fierent, et omnia ad suum renuntiabat dominum. et dum iste Byrria hoc, quod viderat, de nuptiis referebat, audivit eum Charinus loquentem, quia ipso die nuptiae fieri deberent. et interrogavit eum iterum Charinus, quid esset hoc, quod de nuptiis dicebat. *DM.* 6 *ah*] interiectio est expavescentis. 11 *certumst*] definitumst. 13 *saltem*] certe. *prodat*] protelet, differat vel extendat. 15 *adeon ad eum*] an eo ad eum. vacat ad. *CG.* 17 *scelus*] exclamatio. 19 *advenio*] vacat ad. *G.* 20 *auxilii copiam*] ad auxiliandum copiam. 24 *ne*] pro valde. 30 *neutiquam*] nulla tenus, nullo modo, pro non, una pars. 37 *lubens*] id est libenter vadam.

II, 2.

Davus divertens a Simone, qui eum acriter increpaverat de nuptiis filii, non adhuc locutus erat cum Pamphilo, sed

32 divertens] veniens *M.* 33 erat] *om. libri.*

quaerebat eum cupiens omnia ei, quae a patre didicerat, intimare. et non inveniens eum lassus itinere secum coepit loqui dicens. 3 *nescio quid*] nescio propter quid *C.* 8 *euge*] salve, vox salutantis. 9 *quin*] potius. 11 *optundis*] hebetas et retardas me. 23 *obsoni*] id est edulii. et obsonium generaliter dicuntur omnes cibi, quos indifferenter accipimus, unde 'obsonatum est' dicimus, id est coenatum est *DM.* 27 *matronam*] quae conciliaret nuptias. 30 *opinor*] indignando. redarguit eum, quod dixerat opinor, nam opinatio incerta res est. 31 *conveni*] allocutus sum vel obviavi. 32 *obolo*] dimidio denario. 33 *tua opera*] tuo studio, id est tua persona. *nullus*] pro minime. 34 *ridiculum caput*] homo risu dignus. 36 *ambis*] seduxeris, nisi tuis precibus exoraveris.

II, 3.

2 *succenseat*] succensere est redarguere vel reprehendere. 7 *pater est, Pamphile, difficile est*] pater tuus est, non debes ei resistere, sicut vis *D. sola*] peregrina, sine dote, sine parentibus. 8 *eiciat*] indignando. 9 *hem*] irascentis. 21 *speres*] times. 25 *quin*] cur non. 27 *facinus audax*] culpa praesumptiva.

II, 4.

Davo recedente a conspectu Simonis coepit secum Simo cogitare ac dicere: scio, quia Davus omnia ista renuntiabit filio meo simulque hortabitur, illam ne ducat Philumenam, quam ego volo ei dare. Vadam igitur et videbo, quid tractent. *C.* 2 Davus ad Pamphilum, cum quo supra loquebatur dicens: cave te tristem sentiat pater, hic enim pater tuus. textum orationis unusquisque persequitur, licet sparsim et quamvis aliae personae introducantur abruptae. *C.* 3 *ex solo loco*] ex secreto, quia, quando cogitamus aliquid, solemus esse secreti. 5 *differat*] ist est increpet, dissipet obiurgando.

---

6 accipimus] sumimus M. 7 unde — coenatum est *om. D.*

II, 5.

Charinus recedens a Pamphilo remisit servum suum Byrriam providere, quid Pamphilus de nuptiis ageret. in eundo igitur tacitus haec secum dicebat. *C.* 4 *hoc agam*] quod erus praecepit meus. 5 *serva*] cave patrem tuum. 6 *quasi etc.*] in aurem. 7 *probe*] bene respondisti. hoc in aurem loquebatur. 10 *obmutuit*] pater tuus, sicut dixi; et haec in aurem. 15 *verbum est*] proverbium est. 20 *malum*] poenam.

II, 6.

Loquitur secum ita Davus, quasi nesciret, quod eum dominus audiret. *M.* 3 *quid Davos narrat*] non irascentis, immo interrogantis cum quibusdam blanditiis *D man. rec. aeque quicquam nunc quidem*] nihil *C man. rec.* — ego quidem aliquid narro aeque *G M.* — supple dico, id est aequaliter quicquam, quod idem est, quod nihil. vult dicere: nihil dico singulatim, sed aeque omnia, et quia omnia non possunt dici, ideo sequitur, quod nihil dico. ab antiquis interdum capiebatur pro negatione *(man. rec. in D E).* 5 *praeter spem*] secum. 16 *subtristis*] parum ‹tristis. 20 *drachmis . . . . decem*] id est XXV denariorum vel XXX, prout uncia fuerit. dragma enim pondus est duorum denariorum et medii ⟨vel trium⟩. si uncia fuerit per XX denarios, decem dragmae erunt XXV denarii, si vero per XXIV denarios uncia fuerit, dragmae decem XXX pondus erunt denariorum. *M.* dragma est octava pars unciae *(m. r. in D E)* et uncia duodecima pars librae. *E (m. r.). cf. Isid. XVI, 25, 13. est obsonatus*] est convivatus pater meus. 23 *dicendum*] improperandum. 26 *veterator*] cogitator veterum malorum [*D:* callidus, antiquus in astutia].

III, 1.

Ista Mysis ancilla erat Glycerii, quam miserat ad Lesbiam, ut partum exciperet. et dum veniret secum, lo-

23 vel trium *addidi.* 29 excogitator *E.* 30 in astutiam. 32 miserat] misit *D.*

quitur de viris, qui non contra mulieres firmam haberent amicitiam. et Lesbia dicebat, quod non esset fides in viris. attamen Mysis verba eius confirmabat dicens: Ita pol et q. s. *DMC.* in itinere, cum veniret ad partum, ei hoc dicebat *GCEM.* 4 *quid dicit*] interruptio. *hem*] interiectio gementis. 5 *utinam*] secum loquebatur. 10 *quod remedium*] secum. 11 *ex peregrina*] suspense est pronuntiandum. 12 *quid hic*] secum. 15 *Glycerium intus*] scilicet ex dolore clamabat. Iuno Lucina dicitur eo, quod in lucem praeest nascentibus ipsa et Luna. 16 *hui tam cito*] talis est sensus: dum Simo staret ante domum Glycerii, audivit eam clamantem pro appropinquatione partus. putans Simo quod calliditatis causa clamaret, ait: hui tam cito. 19 *num immemor es*] quasi diceret: non immemor es discipuli tui, filii scilicet mei, sed memor. 20 *hiccine me si etc.*] ad superiora pertinet *C.* 22 *in portu navigo*] securus in tranquillitate permaneo.

III, 2.

Haec Lesbia fuit obstetrix, propter quam ierat Mysis ad accersiendam eam, et videns puerum natum alloquebatur quandam feminam Glycerii, Archylem, dicens bona esse signa in puero nato. *DM.* Lesbia cernens puerum dixit ancillulae domi residenti. *DGCE.* 3 *istaec*] Glycerium, ut mos est parientium. 6 *per*] valde *C. scitus*] elegans, pulcher *D.* [*ceteri:* nobilis vel pulcher]. 9 Simo stans ante ostium existimabat hoc esse fraudem et adinventionem Davi. *M.* 14 *accurate*] pro curate tu et filius meus. *ut metui videar*] id est: si non timetis me causa amoris, saltem agite, ut videar timeri a vobis, si resciverim, quod agitis. *EC. certe si resciverim*] defectiva locutio, quod vos agitis, vel vos aliter agere, puniam scilicet vos. et est eclipsis. *M.* 16 *retulit*] interfuit, profuit. 25 *Sim. falso*] irascendo. 26 *intellexti*] ironice, negando, quasi non in-

9 eo quod] quia *GE.* 10 ipsa et Luna *om. GE.* 19 fuit] erat *M.* Mysis *om. D.* 28 id est *om. E.* 29 rescivero quod vos *E.*

tellexisti. 29 *posterius*] postmodo. 35 *obstetricem*] obstetrix dicitur ab obstando, eo quod obstet puerum ab uno in aliud. 36 *moventur*] id est impediuntur vel removentur. 44 secum loquitur. 49 *alias*] alio tempore. 52 *Chremem*] video vel habeo. certe video ipsum Chremetem venientem ipso tempore id est in ipsa opportunitate, quia ad eum ibam.

III, 3.

Dum loquitur Simo secum, quod pergeret ad Chremetem, ut impetraret filiam eius, vidit eum venientem et salutavit eum. quaerens et ipse Chremes Simonem ⟨ait⟩ *DM.* 1 *iubeo*] volo. *Chremetem*] salvere *C*, salvum esse *DE.* *optato*] secundum quod optabam. 3 *viso*] videre desidero. 11 *futurae*] destinatae. 12 *impetrare*] promereri. 14 *in remst*] utile est *D* [*cet.*: ad utilitatem pertinet]. 16 *consulas*] provideas et consulte agas. 20 *irae sunt*] ipse hoc excogitavit, ut posset impetrare filiam. 21 *avelli*] illos ab invicem. 23 *integratio*] renovatio, instauratio. 28 *consuetudine*] usu amoris, familiaritate, quam habet cum uxore sua. 38 *principio*] inprimis. 41 *claudier*] impediri, concludi. 44 *intumus*] consecretalis. 47 *tute adeo*] tu ipse certe. *heus*] adverbium vocantis, convertit se ad suos.

III, 4.

Postquam Simo praecepit suis, ut vocaretur Davus, qui manifestaret voluntatem filii de nuptiis, inveniens eum dixit: atque eccum. 3 *ego*] convertit se ad Davum. *abs te*] a temet ipso. 6 *adeo*] multum. 9 *vide*] quam astute, subsannando dixit. 11 *hem*] secum. 18 *inritatus*] provocatus est contra Glycerium. 21 *quid causaest*] quid obstat. 25 *hem*] irascendo.

---

6 ipso tempore — in *om. D.* 9 loqueretur *M.* 11 Simonem ait] Simo est *D*, Simonem *M.* 25. 26 inveniens eum dixit] veniens inquit ad eum. *DM.* 28 subsanando *M.*

III, 5.

Audiens a patre, quod Davus dixerat ex Glycerio eum habere puerum, iratus quaerebat illum Pamphilus. 1 *scelus*] exclamatio. *perdidit*] accusando, hortans uxorem accipere. *perii*] audiens Pamphilum Davus ita minantem se dicebat: perii. 3 *futtili*] secreta non continenti. futtile autem vas a fundendo hoc, quod continere non potest. inde est homo futtilis. 4 *pretium*] dignam mercedem, pretium in malo ponitur. 10 *eho*] interiectio vocantis. *bone vir*] ironice. 12 *nempe*] deridendo. *oh*] ridentis. *furcifer*] furcifer autem est furcarum patibulo dignus, vel furcam poenarum ferens. 16 *dispiciam*] diligenter inspiciam aliquod consilium, quo libero te.

IV, 1.

Isti Charino renuntiavit Byrria, eius servus, quod Pamphilus acciperet Philumenam, quam promiserat se non ducturum. Vadens autem ipse Charinus ad Pamphilum loquebatur hoc secum in itinere. *DM.* — Hic Charinus audiens Pamphilum sibi mentitum de uxore aiebat: hoccine est [*cet. cum M*]. 2 *vecordia*] duritia. vaecors dicitur non bene cordatus, nam vae pro non ponitur. 3 *atque ex incommodis*] ut mercetur. quasi diceret: an hoc est credibile, ut laetetur quis in felicitate sua ex infelicitate alterius. 6 *pudor*] verecundia. *paulum*] modice. illuc tendit ista sententia, quia Pamphilus debuerat verecundari, quando promiserat Charino Philumenam non ducere. 8 *aperiunt*] manifestant. 9 *premit*] cogit eos. 10 *ibi*] in denegando et comprehensione, quod nolunt facere, quae promiserant. 13 *hic*] id est post promissionem mentitam, ubi opus est verecundari. *non verentur*] id est non verecundantur, si fide falsa redargueris illos. *illic*] id est antequam aliquid promittant, ubi nihil opus est verecundari, quoniam excusationem poterant dare. *ibi verentur*] id est ibi vere-

---

6 continenti] servanti *DM.* — futile *et* futilis *C.* 8 inde — futtilis *om. D.* 20 vecors *M.* 21 ve *M.*

cundantur non promittere. 16 *promoveris*] proficies, si increpaveris eum, quia non sinet te illam ducere neque poteris eum laedere in aliquo. 17 *animo morem gessero*] id est vicem ei reddam saltem in animo, quia molestus illi ero. 23 *solidum*] integrum. 24 *lactasses*] oblectasses vel deciperes tuis verbis, induxisses suasibus. 26 *conflavit*] coadunavit. 29 *scio*] ironice. 36 *enicas*] iacularis et interficis tuis verbis. 38 *patri suadere*] ut illam mihi daret. 41 *factum*] convertit se ad Davum. 43 *eho*] vocantis. 45 *defetigatus*] delassatus. 46 *succesit*] prospere evenit. 47 *primo*] primitus. 49 *immo*] irascendo.

IV, 2.

Glycerium post partum audiens, quod Pamphilus praeparabat nuptias, tristis misit Mysidem ad Pamphilum, ut disceret ab eo, quid vellet ex amore Glycerii vel nuptiis *DM.* — Egrediens Mysis a Glycerio missa dicebat. *DMC.* 2 *anime*] comicum nomen indeclinabile blandientis sermonis. 3 *Mysis*] affectuose. videns Pamphilus eam exeuntem a domo Glycerii et audiens eam ita loquentem aiebat: Mysis. 5 *vah*] dolendo. 6 vertens se Pamphilus ad Davum dixit ei. 9 *age*] irascendo. 10 *propterea*] propter nuptias, quas sensit apparari. *Mysis*] affectuose. 13 *valeant*] per contrarium pereant, proverbium. 14 *discidium*] divortium, separationem. 15 *resipisco*] nam audiens Charinus, quod Pamphilus nullatenus duceret Philumenam — et antea exanimatus erat — dicebat: iam resipisco, id est animum meum recipio vel sufficit mihi, quod audio. 18 *in proclivi*] in manifesto. proclivis dicitur causa, quae diu celata ad ultimum manifestetur. 19 *quis videor*] irascendo. *fortis*] ironicos. 21 *quin*] immo. 25 *immo*] ironice. 27 *dieculam*] parvam diem et spatium, ut provideas tibi. 28 *Dave*] affectuose. 31 *tu Mysis*] hic manifestat se Davus isse cum Pamphilo ad Glycerium.

---

14 ad Pamphilum *om. M.*

IV, 3.

Dum Mysis staret foris et Davus introisset domum, dicebat Mysis secum: an habet proprium id est perpetuum quicquam homo servando fidem inviolabilem. *DM.* 1 *proprium*] perpetuum, ut illud [*Verg. Aen.* I, 73]: propriamque dicabo. 5 *laborem*] pro dolore. *C. hic*] in dolore. *illic*] in illius amicitia. 6 Davus exiens a domo Glycerii ducebat puerum in brachio, et interrogabat Mysis dicens: mi homo. 11 *verbenas*] herbae sacrificiis aptae, nam herba est, qua coronantur arae. 14 *liquido*] sincere. 15 *nova nunc religio*] ironicos, dum non vis peierare, qui si peierares antea, non curabas. *M.* 17 *pro Iuppiter*] exclamatio. videns Davus venire Chremetem, dum ista loquebatur, timensque, ne posset peragere, quod volebat, dixit: pro Iuppiter. 20 *subservias*] respondendo convenienter, meo loco respondeas.

IV, 4.

Dum ipse loquebatur in itinere secum, vidit iacentem ante ostium Simonis puerum. 2 *accersi*] pro accersiri antique. 4 *nusquam est*] non video illum, de Davo loquitur secum. 6 *quid*] pro quot, casus pro casu. 7 *quid dicam*] hoc iocunde subiungit. 9 *eho*] dissimulate. 12 *au*] interiectio est irascentis. 13 *deliras*] insanis. delirare est proprie a recto sensu recedere. *verbum si mihi*] scilicet dixeris, percutiam te. et est eclipsis. 15 *hahae*] ridentis. 21 *mane*] cum silentio dixit hoc, ne Chremes audiret. *excessis*] excedas. 30 *Cantharam*] id est corbem. *CE.* 31 *suffarcinatam*] oneratam puero ad supponendum. 32 *cum*] vel quod *DE.* 33 *ne*] valde. *CE.* 34 *Chremes*] solus et dissimulate loquitur, ita ut Chremes audiret. 36 *nunc adeo*] convertit se ad Mysin. 41 *coactus legibus*] consuetudo erat Atheniensium, ut si quis virginem violaret, illam coactus duceret. 43 *iocularium*] dum filiam meam tali homini coniungere volui. quasi diceret: vix fuit, ut non inciderem

4 quisquam *libri.*

insciens in magnum malum, ut hoc facerem, unde homines iocarentur, videlicet si filiam meam darem adultero. 44 hactenus quamvis invicem se audirent Chremes et Davus, tamen ambo dissimulati sunt se audire et modo iam simul loqui incipiunt. 47 *em scelera*] exclamatio. 49 convertit se Mysis ad Chremetem. *mi*] vocativus, quia antiqui mius dicebant. 50 *ne me attigas*] iocando voluit eam tangere. 51 *si pol Glycerio non*] si et non duo negativa unum faciunt affirmativum.

IV, 5.

Iste Crito mercator erat de Andro insula, unde Chrysis cum Glycerio venerat, et causa emptionis et venditionis per diversa ibat loca. is audiens, quod Chrysis, propinqua eius, obiret, de Andro insula venit, ubi illa erat, ut causa propinquitatis eius possideret bona. 5 Dum haec secum loquitur, vidit Mysidem, ancillam Chrysidis, quae cum illa venit de Andro, et Davum venientem de loco, ubi habuit puerum, et contra venientem Mysidem ait. *obsecro*] blandientis verbum. 8 *perdidit*] moriendo. 19 *grandicula*] nubilis, adulta. 20 *sycophantam*] calumniatorem, me dicent esse morte dignum. 22 *antiquom optines*] scilicet morem vel nomen; id est: qualem te dicebant apud Andrum, talis es.

V, 1.

Chremes postquam hoc comperit de puero, qui 'natus erat Pamphilo, ivit ad Simonem dicens illi, quod satis iam haberet suam amicitiam cognitam et in quod periculum prope ceciderit de filia. 2 *satis pericli*] magnum periculum propter tuam amicitiam, videlicet ut darem filiam meam filio tuo, qui alteram amat. *finem face*] pro fac, id est noli rogare amplius filiam meam. 3 *inlusi*] decepi. 5 *initum*] promissum. *comprobes*] affirmes, consolides. 7 *modum*] mensuram. 9 *perpulisti*] nam superius dictum

4 tamen ambo dissimulant *G, om. quae seq.*

est, qualiter Simo deprecatus est Chremetem, ut redderet ipsi filium dando filiam suam, et ad hoc ipse respondit. 10 *abhorrenti ab re uxoria*] declinanti, refugienti, id est qui respuat uxorem. 11 *in seditionem*] in discordiam. 18 *his desinent*] ab his figmentis. 20 *vero*] scilicet indignanti. *voltu*] pro vultu. 21 *Davos*] nominativus graecus. *obletus*] pro oblitus.

V, 2.

Dum Simo et Chremes mutuo locuntur, videt Chremes Davum exeuntem a domo Glycerii, quo intravit cum Critone et Myside. 1 *animo etc.*] secum. *otioso esse*] quod disturbavi nuptias, id est: cessabo a talibus, quae multipliciter sunt denudata, nam Crito definivit hanc esse civem Atticam. hoc autem dicebat Davus, postquam audierat, quod Crito Glycerium affirmabat civem esse Atticam. *em Davom tibi*] parenthesis. 3 *ego etc.*] syllepsis per genera. *adventum tempus*] scilicet ad tempus venisse ac per hoc opportune. 4 *in vado*] in portu, in tranquillitate [*G:* securitate]. 5 *erus*] audiens Davus dominum loquentem dicebat secum. *bone vir*] ironicos. *Ehem*] mutavit sensum sermonis callide, scilicet honeste commoto animo dixit. 9 *tibi ergo*] affirmative. *quasi*] interruptio. 12 *cum illa litigat*] ironicos. 14 *ellum*] ecce illum. *catus*] doctus. 16 *severitas*] gravitas. 20 *sublimem*] suspendendo ad trabem aut ad arborem fac illum sublimem. 24 *audin*] parenthesis. *quadrupedem*] in morem quadrupedis, id est simul manus et pedes ut cohaereant. 28 *pietatem*] ironicos.

V, 3.

Audiens Simo, quod filius eius esset intus cum Glycerio, venit ad ostium clamans Pamphilum ad se. Is audiens vocem patris inquit: quis me volt, scilicet ad ostium? *omnium*] nequissime, et est eclipsis. 5 *confidentiam*] audaciam et superbiam. confidentia proprie in malo ponitur. 18 *mi pater*]

---

24 *ad* sublimem *cf. Ritschl op. 2, 462.*

affectuose, noli mihi irasci. 26 *dedo*] dedere est sponte se alicui tradere, unde deditio spontanea traditio. *M.* 28 *adlegatum*] a me in legationem introductum.

V, 4.

Datur intellegi, quod Pamphilus ad Critonem perrexerit deprecans, ut secum veniret et ante praesentiam Simonis et Chremetis, quicquid de nativitate Glycerii sciret, aperiret, et dum cum eo iret et pluribus verbis deprecaretur, haec dicebat Crito. 3 iste Chremes noverat ante Critonem et videns eum venientem ibat contra eum. *Chreme*] ab eo, quod est Chremes, Chremetis, venit Chremes vocativus, et ab eo, quod est Chremes, Chremis, venit vocativus o Chreme. *E.* 4 *insolens*] insuetus *D*, non solitus venire *DCEM.* 8 *inlicis*] provocas, inducis. 9 *iactas*] contumaces reddis. *sanusne es*] interruptio. 11 *perii*] secum ista loquebatur. audiens Pamphilus patrem suum dure loqui cum Critone, dicebat, quia timebat, ne succumberet Crito verbis patris, ut taceret veritatem. 13 *adtemperate*] factiose. 16 *sycophanta*] calumniator, veterator [*G:* qui pro vili re morti deputabitur]. *hem*] irascentis. 18 *ego istaec*] quasi diceret: quid tuum ad me pertinet malum? si tibi bene dixi an male, tu ipse scire potes. 30 *arrige aures*] resume vires, eleva mentem ad intellegendum. secum ista loquebatur Pamphilus, dum talia audiret. 37 *scrupulus*] calculus est, lapillus brevis, qui calcantibus molestiam infert, unde et scrupulosa quaestio valde difficilis. *dignus es*] ut habearis odio cum tua religione, quod dubitas hanc tuam esse. *DM.* sive odium separatim legendum est, ut sit: dignus es, quia habearis odium. *D.* 38 *in scirpo*] in iunco. est iuncus marinus, qui nodo caret. quaerere ergo nodum in scirpo est in re clara quaerere dubium. 43 *miliens*] finitum numerum pro infinito *G.* 45 *lepidum*] lepidus suavis dicitur, tractum a suavitate leporinae carnis. 47 *nempe*] nihil aliud

---

2 alicui] aliquem *M.* 27 difficilis valde *D.* 28 sive] si *D.*

dicet. *scilicet*] consentio. 47 *dos, Pamphile, est*] aliter Pamphili. antiquitus enim dos dabatur patri puellae. *M.* 53 *faustum diem*] in quo omnia ac volebam eveniunt. fausta res dicitur bona, contra infausta mala. *DM.* faustus dicitur felix, inde faustitas. *GE.*

V, 5.

4 *propriae*] perpetuae et aeternae, quia, quaecumque volunt, habent. secundum Epicureos loquitur, qui summum bonum dicunt esse voluptatem. 8 *solide*] integre, sincere.

V, 6.

Davus solutus a Chremete incipit ire ad dominum Pamphilum, et dum secum loquitur, Pamphilus vidit eum venientem et ait. 3 *quidem*] certe. 10 *Charine*] recognovit eum. 13 *adeo*] valde. 17 ω] finis fabulae est. *plaudite*] verba Calliopii. finita fabula in theatro recitator fabulae aiebat: plaudite et valete, sive valete et plaudite. *recensui*] id est recitavi hanc fabulam. — Publii Terentii Afri Andria finit.

Dulcia quae docuit fictor nunc respice verba,
Mulceat ut dulcis mentem conscriptio eri. *M.*

Eunuchus.

Didascalia.

Quod Menander primum composuerat fabulam Eunuchi in graeco sermone, deinde vero Terentius in latino sermone, iam dictum est et quod eius recitator fuit Calliopius. at vero modulator eius comoediae fuit Flaccus, optimus tibicen. — *Claudi tibiis duabus dextris*] quasi tympanum,

17 aiebat ω plaudite *M.* 18 Bublii *M.* 20 finctor *M.* 25 Terentius *om. D.* 27 optimus] optamus *D.* 28 tympani *E.*

genus musicum, dictum eo, quod unam alteri breviorem habeat fistulam ad similitudinem claudi. dextris dicit eo, quod tibiae avium, gruium videlicet, et ceterarum dextrae aptiores loco fistularum habentur et meliores. *D [in cet. libris frusta tantum huius schol. servantur].*

Prologus.

3 *in his*] inter illos, in numero illorum. 4 *si quis*] de Luscio Lanuvio dicit. 7 *qui bene vertendo*] bene voluit eas transferri sed male describi. vel aliter: bene vertendo id est valde vitiando. *D.* 9 *fama*] id est fabula [aliter Phasma *add. D*]. 11 *unde*] a quo. 14 *ne frustretur*] ne decipiat semet ipsum, ne fraudetur. 15 *defunctus*] liberatus. *GE.* 16 *lacessere*] provocare, detrahere. 17 *alia multa*] abscondita, scilicet iacula obiectionum adversus illum in sequentibus prologis. — *condonabitur*] aliter condonabuntur id est cum silentio opprimuntur. *D.* 19 *acturi*] id est recitaturi. 21 *perfecit*] operatus est. *inspiciundi*] intellegendi et auscultandi fabulam. 22 *magistratus*] magistratus dicitur multitudo senatorum et ipsa dignitas. 24 *verborum*] scilicet suorum. 25 *Colacem*] Menander suam fabulam Colacem vocavit a persona parasiti, sic et Terentius Eunuchum et Phormionem a personis. *Naevii et Plauti*] quasi personam parasiti Colacis et militis gloriosi inde abstulerim et alias posuerim, Gnathonem videlicet parasitum et militum Thrasonem. 29 *ita esse*] me mutasse personas an peccatem sit. 32 *personas*] licet non eadem nomina. 34 *pernegat*] valde [*D:* multum] negat. 37 *bonas matronas*] fabulas, in quibus ista continentur. 38 *edacem*] gulosum *C.* 41 *nullum etc.*] nihil est iam dictum nove. 42 *ignoscere*] indulgere. 44 *date operam*] impendite studium, propter strepitum magnum, qui erat in theatro. 45 *velit*] poscat.

---

2 fistula *D.* claudi] claudi Graomarcio *D.* 3 gruum *E.* 4 et *om. D.* 8 de lusio lalunio *D.* 14 adversus illum *om. D.* 15 condonabantur. 23 gloriosi *D, cet. libri om.*

I, 1.

Phaedria veniens ad domum Thaidis, ubi non est receptus, quia Thraso erat cum ea, in redeundo dicebat [*G add:* Phaedria, amator Thaidis, exclusus ab illa hesterno die et iterum revocatus apud se loquitur audiente Parmenone, servo suo]. 2 *accersor*] evocor. 5 *siquidem*] siquidem hercle possis te continere ab ea, ut eam non adeas, neque maius neque fortius umquam aliquid facere poteris. verum si inceperis te continere et eam spernere posteaque stimulatus stimulo ardoris ultro ad eam veneris, actum est statim, id est captus eris ab ea. — *prius*] melius. 6 *pertendes*] aliter perficies *G.* *naviter*] strenue. 8 *infecta pace*] nondum solidata, nondum reconciliatus. 10 *eludet*] deridet. 11 *proin tu*] proinde, o Parmeno, antequam me superet amor. *DM.* *proinde*] deinde *CGE.* 12 *quae res*] amor meretricis. 14—16 *in amore*] meretricum amor haec omnia in se continet vitia undique. *iniuriae*] inter amantes. *suspiciones*] malae. *inimicitiae*] inter rivales. *indutiae*] meretricum, quia ipsa dicit: cras faciam hoc tecum. *pax rursum*] reconciliatio. 18 *cum ratione insanias*] quod non potest fieri, ut cum sana mente incipias insanire. 20 *egone illam*] digner adventu meo. *quae illum*] Thrasonem mihi praetulit. *quae me*] despexit. *quae non*] admisit me heri; et est eclipsis [*E:* per singula commutata est eclipsis]. 23 *terendo*] fricando. 24 *ultro*] insuper. 26 *scelestam*] perfidam. 27—28 prae turbatione mentis augmentationem singillatim facit. 29 *redimas*] abstrahas amore illius. aliter, ut sit metaphoricos dictum, tractum videlicet a captivis, qui se pretio a servitio redimunt. 34 *fundi calamitas*] patrimonii vel nostrae substantiae vastatio. fundus dicitur possessio a fundendo. 35 nam quod nos capere opsonium oportet, haec Thais consumit, dissipat.

---

5 Parmeno *G.* 22 adventu meo *om. EM.* 23 Thrasonem] alium *EM.* 30 patrimonii perditio vel dampnum. *E.*

I, 2.

Haec meretrix cognoscens Phaedriam nimium graviter tulisse, quod eum ad se venientem non recepisset, egressa a domo pergebat ad illum, simulque dum iret, secum ista loquebatur. *DM.* — In eundo secum loquebatur Thais audiens, quod Phaedria ad eum venerat, sed non est receptus. *G.* 2 *aliorsum*] in aliam partem *G,* alio sensu *CD,* aliter *E.* 4 *tremo*] corpore. *horreo*] animo. horror est membrorum commotio, unde horripilatio dicitur, cum videlicet pili prae timore eriguntur. *bono animo*] ironicos. 5 *accede etc.*] antiquum proverbium est. 9 *sane*] suspense. *G. quia vero haec*] quasi tuae, ironicos et negando. 13 *itidem*] similiter. 14 *nihili penderem*] pro nihilo ducerem [*G:* deputarem]. 15 *anime mi*] comicum verbum et amatorium [*E add:* pro una parte accipiendum, *DM:* indeclinabile]. 18 *prae amore exclusit*] ista Thais, ut illum provocaret ad amorem, ironicos. *D. exclusti*] ut illum provocares ad amorem. *M.* 21 *optume*] antique. 22 *adstringo*] promitto, adiuro. 25 *plenus rimarum*] quia non possum falsa retinere in me, et est proverbium. 30 *ex Attica*] epexegesis [*M:* ex Athenis]. 32 *signa cetera*] regionis suae. 46 *interea loci*] interim. 50 *hoc agite*] tacete. 50 *amabo*] verbum comicum est, blandientis affectum habens, quasi: si feceris, quod volo, amabo te [*E add:* aut absolutum, non requirens casum]. 54 *producit*] in forum. 72 audiens Phaedria hoc iratus nihil respondit. 74 *vir es*] fortis es animo. 84 *claudier*] intercipi et restringi, quin semper facerem, quae voluisti. 89 *minas*] mina centum dragmis appenditur, id est solidis viginti et denariis decem. 97 *sincere*] pure *G,* puro animo *D.* 98 *labascit*] mollescit. 99 ad hoc, quod ipse dixit: utinam istuc verbum ex animo ac vere diceres, respondet Thais. 104 *nihil moror*] fac quod vis. 109 *illi*] eunuchus et puella Aethiopissa. 111 *et tu*] vale. 112 *praesens*] corpore. *absens*] animo. 115 *tota*]

3 eum *om. D.* 21 regionis] religionis *D.* 29 viginti] XXX *E,* X *G.*

ánimo et corpore. 116 *quando*] siquidem [*G:* quia] 117 *forsan*] forsitan putat meam fidem parvam apud se, ut non eum prae ceteris amem. 124 *adeo*] valde. *nobilem*] nobilem antiqui pro noto ponebant *E.*

II, 1.

Postquam cum Thaide venit Phaedria ad domum illius iterumque ad suam reversus est domum, praecipiebat istud Parmenoni. 6 videns Phaedria quasi indignatum Parmenonem eo, quod tam saepe iubebat, ait. *quin*] insuper. *CGE.* 9 *quod*] in quantum. 10 *nullus*] pro non. 11 *offirmare*] scilicet animum. 13 *horsum*] ad hanc domum. 14 *usque*] valde. 16 *mihi indulgeo*] voluptati meae pareo, id est quod corpus meum desiderat. 17 *vel totum triduum*] non biduum, sed et totum triduum possum abstinere. 19 *di boni*] secum in eundo ad Thaidem. 21 *ineptus*] lascivus. 22 Tunc vidit venire ad Thaidem Gnathonem parasitum cum puella, dum hoc secum dicebat. *attat*] expavescentis est. *parasitus*] parasitus sonat mecum cibatus vel apud me, quia παρὰ apud, σῖτος cibus dictus est. vel parasiti dicuntur a parendo et assistendo eo, quod assidentes ipsi maioribus personis illorum voluptati per adulationem obsequuntur *DM.* 23 *papae*] admirantis est. 24 *mirum ni ego me*] mirum erit, dicit, si sine verecundia mé in domo Thaidis manifestabo. *D.* 25 *decrepito*] decrepitus dicitur desperatus. vel decrepitus dicitur, qui propter senectutem nec movere se nec ullum potest facere crepitum *(cf. Fest. pg. 71). E.*

II, 2.

Dum ad Thaidem veniebat Gnatho parasitus cum puella, audiente Parmenone secum ista loquebatur. et loquitur ex hoc, quia, dum veniebat domum Thaidis, invenit quendam hominem, qui fuit ex illa parte, unde ipse erat, et qui multam substantiam habuerat, sed tunc nihilo minus pauper

19 dictus est *om. D.*. 20 assistendo *M,* astando *D.* 32 parte] arte *M.*

erat, insuper rusticus propter neglegentiam exstiterat. 3 *conveni*] obviavi vel allocutus sum. 4 *abligurrierat*] consumpserat *E*, devoraverat *CG*, devoraverat substantiam suam. abligurrio est parum gusto. hic pro devorare ponitur *DMG*. 5 *sentum*] asperum *CGE*, horridum, prae fame pilis asperum, ut sunt spinae *DM*. *squalidum*] sordidum. *aegrum*] tristem vel imbecillem. 8 *prae me*] ad comparationem mei *G*, apud me *DEM*, apud me vel comparatione mea *M*. 11 *habitudo*] corpulenta *D*. 12 *defit*] deficio enim loco passivi defio. 13 *at ego*] iterum ex persona illius. 18 *hos consector*] his adhaereo adulando. 24 *interea loci*] adverbium est temporis vel loci. *macellum*] macellum dicitur a macerandis carnibus. 25 *cuppedinarii*] cupedia, cupiditas, unde cotiones et alii cupidi, ut sunt telonearii et mercibus insistentes, cupedinarii vocantur. 26 *cetarii*] cetus est genus marinae beluae. ab hoc genere abusive piscatores cetarii dicuntur et qui tractant ea, quae ex piscibus fiunt, ut sunt liquaminarii, qui ex corporibus piscium humorem liquant *(cf. Plac. gloss. 22)*. 26 *lanii*] lanistae a laniandis carnibus dicti, qui et macellarii, a carnibus mactandis. *fartores*] a farciendis carnibus. 31 *sectari iussi*] ut imitaretur vestigia meae adulationis. 32 *disciplinae*] sectae [*E*: discipuli]. 33 *vocabula*] ut a Platone Platonici. 37 *salva res est*] bona res est et prospera, quam volo facere, dum ille tristatur. *rivalis*] rivalis dicitur, qui ex eodem fonte amoris potat. [*E man. rec:* rivales dicuntur, quicumque veniunt sive ad unum aliquid sive ad unam amandam vel ad pugnam]. *frigent*] sonant, tumultuantur ante ostium Thaidis. vel aliter: friget amor eorum apud Thaidem. [*E*: frigent: cessant, et hoc propter Phaedriam dicit]. 38 *nebulonem*] stultum, alias mendax *C*. differentia est inter parasitum et nebulonem. parasitus proprie dicitur adulator, nebulo, qui devorat bona sua et aliena. modo Gnatho prius

4 gusto] degusto *G*. . 14 cotiones] cotionarii *D*. 16 ceta *D*. 17 piscatores] negotiatores *DEM*. 18 piscibus fiunt] negotiis adveniunt *DM*. 20 laniendis *GE*. 21 mactandis] macerandis *E*

fuit nebulo, modo erat parasitus. *E man. rec.* 40 *summum*] scil. amicum. *impertit*] impertire proprie est de suo proprio partem dare alicui. irridendo ait Gnatho haec. 44 *hoc*] munere. 45 *vicissitudo*] recompensatio. 48 *papae*] secum metuendo dicit *D. sic soleo amicos*] deludere [*E:* beare]. *laudo*] ironicos. 50 *tum tu igitur*] ironicos. 52 *numquem*] irridendo. 54 *insultabis*] vel inculcabis *D.* feries, pulsabis, quia non poteris intrare. 55 exiens de domo dixit. 57 *facete*] ironicos *CE,* lepide honeste *E,* pulchre *G.* 60 *non temere est*] non sine causa venit.

II. 3.

Prosequens puellam Chaerea, postquam non vidit eam, dicebat secum. 2 *perconter*] interrogem. 3 *ubi ubi*] ubicumque. 6 *alterum*] scil. amatorem vel alteram causam audio. 9 *ludum iocumque dices*]: in tantum insanit iste amor iuvenis, ut ad comparationem amoris illius amorem aliorum ludum iocumque dicas. 11 *ut*] utinam. 12 *flocci fecerim*] parvi pependerim. 13 *quid tu es tristis etc.*] medius erat inter tristitiam et laetitiam. 15 *prorsus*] omnino *C.* 16 *hem*] indignando *E.* 17 — 19 ordo est: scis tu te saepe mihi esse pollicitatum, quando congerebam clanculum ad te patris penum, id est bona de cellario patris, ad tuam cellulam, tunc solebas dicere: o Chaerea, inveni aliquid, quod modo ames, et ego faciam, ut cognoscas meam utilitatem. *DM.* 19 *clanculum*] furtim, occulte. 20 *hoc hercle factumst*] perditus sum, vel inveni, quod amem. 21 *intendas tuos*] eclipsis, tunc faciam, ut appareant promissa mea. 23 *vincto*] fasciato, id est vinctas habens mammas. nam in quadam informula reponebantur ubera puellarum, ut graciliora fierent. 24 *habitior*] grossior, pinguior. *pugilem*] virilem, non feminam. pugiles dicuntur, qui pugnis proeliantur. 25 *iunceas*] ut graciles sint sicut

---

12 prosequens] sequens *D.* postquam] postquam quia *D.* 16 amorem *om. D.* 17 dices *DM.* 21 pollicitum *M.* 24 modo *om. D.* 28—30 id est — fierent *M, cet. om.*

iuncus. 26 *quid tua istaec*] qualis est ista, quam amas. 27 *verus*] non mentitus fuco. *suci plenum*] viride. *anni*] scil. quot sunt. 29 *dum potiar modo*] dum tantummodo fruar illa. *E.* 30 *cuia*] cuius gentis, antiqui dixerunt. 32 *id*] propter hoc *C*, quod amisi *M. stomachabar*] causabar, indignabar. 35 *quid hoc est sceleris*] quare hoc dicis. 37 *quid ni*] etiam, certe. 38 *immo*] plus est quam incommode *E.* ista vero infelicitas est, quod mihi evenit, non incommodum malum *D M.* plus est infelicitatis malum quam incommoditatis *C G.* 40 *liquet*] manifestum est. *delirare*] id est vana loqui. delirare est a veritate mentis recedere *D M. deierare*] iurare *G.* 43 *eho*] vox dolentis. *monstri*] insolitam et inopinam infelicitatem et infortunium monstrum vocat. 52 *commodum*] continuo [*D:* velociter], nomen pro adverbio *C E.* 57 *conclamatumst*] iam res peracta est *C*, vel manifestum est *E.* grates ei redditae sunt pro illa *D M.* 66 *inhonestum*] turpem. 67 *homo quatietur*] tu, o Parmeno, quatieris, id est quatiendo expelleris [*E:* frater meus excutietur]. 71 *obsecro*] blandientis. 77 *propter*] iuxta eam *C G E*, prope *D M.* 84 *forma et aetas*] quia imberbis et ephebus est. 86 *age*] adverbium orantis *E.* 87 *garris*] stulte loqueris [*E:* insanis]. 88 *trudis*] impellis me [*C add.:* vel te]. 89 *nimium callidum*] quia illud, quod nimis callidum est, solet infatuari. *C E.* 90 *in me cudetur faba*] teretur, malum et flagitium hoc in me revertetur. 93 *despicatam*] despectam. 94 *referam gratiam*] vicem, decipiendo. gratia hic in malo ponitur. *itidem*] similiter. 95 *an potius*] id est: an patrem fallam, itidem ut alii solent facere adolescentes propter amicas, dum fruendi earum illis copia sit, potius quam meretricem, maxime cum omnes, qui resciverint, quod patrem deluserim, culpent, meretricem vero si fallam, laudi id putent.

III, 1.

Gnathone parasito revertente ad Thrasonem coepit percontari, qualiter placuisset puella Thaidi, quam ei miserat. *DM.* Gnathone redeunte a Thaide interrogavit eum Thraso,

qualiter placeret Thaidi virgo. *E.* 3 *id*] propter hoc. *serio*] pro certo, non ficte. 7 *vel*] etiam. 9 *gloriam*] gloriam, quam alii per laborem acquirunt, verbis tuis obtines propter tuam sapientiam, quia, quod minores principibus deserviunt, principes non illis, sed maioribus gratiam referunt. 10 *transmovet*] transfert. *salem*] sapientiam, urbanitatem. 11 *habes*] intellegis. *in oculis gestire*] id est cupiebat te habere in oculis, scil. gestibus oculorum aliquid innuere tibi. signum est nimiae amicitiae gestibus oculorum voluntatem innuere. 18 *elegantem*] optimum. 21 *mordere*] detrahebant. 23 *inpense*] diligenter, studiose, maxime. 27 *iugularas*] confudisti amaritudine verbi. 30 *tetigerim*] conviciatus sim. *E.* 32 *plus*] secum tacite. 34 *scortum*] scortum dicitur quasi scortum, id est solea. sicut solea omnibus subigitur, ita et illa pellicula, et sicut illa omnes in se terendo recipit sordes, ita et illa omnium libidinum inmunditias *cf. Festus pg. 331.* 36 *lepus*] lenis aptusque es fornicationi et scortum quaeris, cum forte tute aptus sis huic operi, ut scortum. lepus duarum naturarum dicitur esse. quare, inquit, cum sis femina, cum meretrice ludis, vel lepus cum sis, condimentum quaeris, id est: adolescens cum sis, ardes amore et ludis cum meretrice. 39 *fertur in primis*] dictum ab antiquis vel in primis proverbiis istud est praecipuum. 40 *dolet*] paenitet. 41 *perditus*] quasi mortuus verecundia. *DM.* 43 *non iniuria*] non iniuste, id est non sine causa metuebant te. 45 *nihil minus*] non facias *E.* 48 *sentio*] interruptio. 55 *par*] amarum pro amaro. 57 *expectat*] admiratur.

III, 2.

Dum gratias sibi relatas Thraso per parasitum Gnathonem audivit a Thaide pro puella, pergebat ad domum illius. mox eo veniente cum parasito ad domum Thaidis illa vocem recognovit militis eique gratulabunda obviam processit dicens

---

4 deserviunt] deferunt *D.* 14 omnibus] nominibus *D*, manibus *M.*

ad Pythiam ancillam suam. 3 *savium*] suavium voluptatis est, unde et hi versus inveniuntur *[Isid. diff. 398]:*

Basia coniugibus, sed et oscula dantur amicis,
Suavia lascivis miscentur grata labellis.

4 *quam venuste*] quasi non venuste, ironicos. 7 *gnatum*] id est humiliatum in sua locutione. *DM.* 15 *perpulchra*] ironicos. 17 alloquitur Aethiopissam, ut veniat in praesentia, exiens de domo, in quam introduxerat illos Parmeno. 18 *usque*] profunde vel valde. 19 videns Parmeno despectui illam Aethiopissam esse vocavit Chaeream, qui vestem Dori eunuchi, sicut lectum est, habebat indutam, quasi ut ipse esset, quem simul cum Aethiopissa miserat dominus suus. 20 *liberali*] nobili *GE.* 23 *periclum*] probationem vel experimentum. 24 *in palaestra*] in luctatione. palaio graece, luctor, unde palaestra luctatio dicitur. 25 *sollertem*] prudentem. sollers ingeniosus dicitur. sollon enim dicunt Graeci multum. unde et sollemnitas dicta eo, quod ibi multitudo hominum conveniat, non a sole, ut quidam volunt. unde fallunt illi, qui dicunt per unum l scribendum esse, quia potest esse sollemnitas non apparente sole. 33 *pauperis*] quia ita inhonesta munera Thaidi misit. 34 *miserique*] qui se in tantum profitetur subdi voluptatibus meretriciis. 41 *haud convenit*] ironicos. 43 *domini similis es*] ac si diceret: nec tu bonus nec dominus tuus. 47 *Pythias*] ancillae nomen et procuratricis domus. 53 *vos*] ad pedissequas loquitur.

III, 3.

Iste Chremes adolescens nobilis, cuius soror illa puella erat, quam Thraso Thaidi dederat. sed antequam ei dedisset, vocabat Thais ad se Chremetem promittens ei maximum gaudium se conlaturam. dum ergo ea rogante venisset ad domum illius eamque invenisset cum Thrasone — in domo enim eius erat — iratus, quare frustra totiens ve-

---

1 voluptas *D.* 3 sed et] sicut *D.* 4 savia *M.* 24 tuus] meus *D.* 31 se conlaturam *om. D.*

nerat, coepit ista loqui, quasi illusus esset ab ea, cum omnino id non esset. ob hoc enim eum vocabat Thais, quia sororem illius ei reddere volebat, ut illa amicitia opitularetur, quae advenerat. sat enim nobilis Chremes habebatur. 1 *profecto*] id est: quantum mecum revolvo, invenio me decipi, quia saepe vocatus eam non invenio. 3 *labefactarier*] pro nihilo duci vel seduci vel decipi. 7 *rem seriam*] certam causam sine risu, necessariam. 11 *huc evasit*] ad hoc pervenit. 24 *heus*] ad ostium stabat [*E:* pulsans ostium dixit]. 25 *o capitulum lepid.*] suavissimum [*E:* pulcherrimum vel dulcissimum] caput, blandiendo dixit. 29 *nihil minus*] non faciam. 30 *malam rem*] irascendo, maledixit illi.

III, 4.

Piraeus locus est, apud quem adolescentuli convenerant, ut de symbolis essent, id est de collatione ciborum. nam consuetudo erat illo tempore, uno in loco ut essent simul ac praeficerent unum, qui curam haberet de symbolis, id est de cibis, quos una comedebant in praefato loco. cui rei praefecerant alii Chaeream, fratrem Phaedriae, et Antiphonem, eius socium, ut ipse curaret de ciborum collatione. at dum Chaereas hoc praeparabat, vidit puellam, quam Thraso miles mittebat Thaidi, praeterire. amore ductus haec relinquens insecutus est illam. tum sequenti die miserunt illi unum e sodalibus suis nomine Antiphonem, ut quaereret, ubi esset Chaerea. qui cum incederet, ista secum loquebatur *DM.* 1 *coiimus*] convenimus. 2 *ei rei*] comessationi. 3 *dati anuli*] quos dabat loco vadii unusquisque. 8 *quid hoc hominis*] mirabatur, quia eum videbat veste eunuchi indutum.

III, 5.

Adolescens iste nimio gaudio resolutus eo, quod voluntatem haberet expletam in puella, loquitur secum et exiens

---

1 coepit — esset *om. D.* 15 Pyrus *D.* 21 curasset *DM.*

a cellula interrogabat, quis ibi esset, sibique respondebat dissolute dicens: nemo hic est. 2 *erumpere*] manifestare. 3 *nunc est*] illud tempus. 7 *gestiam*] id est plaudam vel velim *M*, gaudeam *G*, saltando eam *E*. *unde*] de qua fovea. *emergam*] exeam. 18 *spectator*] considerator, speculator. 19 *in hac commotus*] hanc coepi amare. 20 *forte fortuna*] casu vel fortuitu. 22 *summonuit*] silenter vel subtiliter admonuit vel consilium dedit. 29 *tamen*] ironicos. hic pro videlicet potest accipi, quia completiva coniunctio est. 32 *miser*] congaudendo. 34 *noviciae*] noviter illi datae. *adornant*] praeparant balneum. 35 *in conclavi*] in cubiculo vel interiore domo. 37 *Danaae*] Danae filia fuit Acrisii regis, qui cum timeret filiae, ne vitiaretur a Iove, summo deo, ita ut omnes puellae aliae, fecit turrim aeneam et adhibuit custodes. Tunc Iuppiter per imbrem aureum descendens introivit per tegulas et sic vitiavit illam. 39 *impendio*] diligenter, multum vel inpense. 41 *per inpluvium fucum factum mulieri*] id est simulationem compositam videt, quasi pluvia esset. impluvium est hoc, quod per pluviam venit et non est vera pluvia. 46 *sto exspectans*] utpote novicius. 47 *sic*] et ostendit mihi, qualiter facere deberem. *E*. 50 *asinum tantum*] propter luxuriam asinum eum appellat, quasi diceret: vellem os tuum videre, qualis esset tuus status, quando flabellum tenebas, quoniam utpote asinus ad admixtionem seminis et fluxum paratus eras. *DM*. 51 *proruunt se*] cum impetu se emittunt. 52 *perstrepunt*] strepitum faciunt. 53 *limis*] tortis oculis et transversis, a limine in transverso posito. limos oculos dicimus in transversum aspicientes. 56 *fateor*] me fatuum. *E*. 58 *is essem*] eunuchus essem, nisi hoc fecissem. 60 *frugi*] utilis *E*, parcus. 60 *libertum*] libertus dicitur, qui cum sit servus, libertati donatur, libertinus filius liberti. *M*. *Discum*] proprium nomen.

---

2 nemo hic est *om. D*. 22 propter *et* eum *om. D*. 23 os tuum] istum *D*. tuus] eius *D*. 24 tenebat *DM*. 25 fluxum *M*, fl..... *D*.

IV, 1.

Dorias ista Chremetem duxerat ad Thrasonem et dominam et revertens dicebat Pythiae. 8 *tristis*] coactus precibus, non sua sponte. 12 *ad iurgium*] scil. pervenitur. 13 *aurum*] inaures. 14 *subducet*] submovebit.

IV, 2.

Phaedria post biduum revertens a domo sua ad Thaidem, uti iussus ab ea fuerat, dicebat secum. 4 *in peiorem partem*] coepi vertere. *puto*] revolvo in animo. 6 *male me habens*] tristis in mente. 7 *deverticulum*] diversorium meum. 12 *extrema linea*] ablativus casus est extrema linea. quinque enim lineae sunt amoris, scilicet visus, allocutio, tactus, osculum sive suavium, coitus. extremam lineam ergo vocat visum *cf. Porphyr. ad Hor. od. I, 13, 15.*

IV, 3.

Pythias, ancilla Thaidis, cognoscens vitiatam virginem a Chaerea illumque fugisse egrediebatur secum quaeritans. 3 *scelus*] exclamatio. *ludificatust*] delusit. 5 *si*] pro utinam. 6 *ut*] exclamatio. 7 *absente nobis*] pro absente me, id est postquam hinc abscessimus. 9 *in' hinc*] execrando, in malam partem. 13 *temulenta*] ebria. temulentus dicitur temetolentus, id est vino plenus. lentum enim dicitur plenum. *utinam*] dolendo. 14 *Dorias*] ista Dorias ignorabat hoc, quia cum Chremete ad militis venerat domum. *monstrum fuit*] quod eunuchus potuit vitiare virginem. 18 *bonus vir*] ironicos. 19 *abstulisse*] involasse. 21 *vise*] pro vide et investiga. *amabo*] blanditer.

IV, 4.

Phaedria invenerat eunuchum Dorum veste indutum Chaereae. ratus illam velle fugam accelerare ita persecutus est. *G.* Phaedria iratus eunuchum quaerebat in domo. *D C.* 2 *male conciliate*] male empte, id est nimio pretio, ut

7 reversus *D*, reversa *E*. 22 dicitur] graeci dicunt *M*, dnr [= *dicuntur*] *D*, *qui post* plenum *add:* temulenti.

Plautus ..... de mancipio conducto male, id est magno pretio. *D man. rec.* — conciliamus ignotos, reconciliamus notos. *obsecro*] qua re me vocas tam aspere, quid feci? et est sensus blandientis. 6 *non offendissem*] non invenissem illum. *adornarat*] praeparaverat [*D:* accelerabat]. 8 *ubi est*] iam ipse eunuchus ante eorum praesentiam erat, sed mulieres non agnoscebant eum. 12 *non vidit*] mirando. 14 ad pulchritudinem illius, qui vitiavit virginem, non potest comparari hic vetulus. 21 *vietus*] viribus fractus vel curvus [*E:* incurvus]. *veternosus*] veternus morbus est intercutaneus, qui hominem turpem reddit. 22 *mustelino*] russeo, nam mustela russei coloris est *DEM*, pallidus *CG*. 27 *dum*] adhuc. *expedi*] narra, expone. 30 *quam dudum*] qua hora. 33 *occidi*] dolendo. 36 *age nunc*] irascendo. *belua*] quia antiqui beluas id est lupas vocabant meretrices. 44 *heus*] silentio ad auriculam eunuchi dixit, ut negaret omnia, quae dixerat de fratre suo. *possumne*] altiori voce. *exculpere*] cum difficultate exprimere [*D*: extrahere]. 46 *sine malo*] sine poena tua. 47 *ora*] cum silentio. *i intro*] quasi indignando. 48 *oiei*] vox plorantis. *alio pacto*] suppresse dixit ad eunuchum. 49 *actumst*] minatur eunucho. *nebulo*] vanus vel falsus. nebulones dicuntur obscuri, vitiis suis tenebrosi *GE*. nebulo ideo vocatur mendax, quia sicut nebula densa obscurat aliquid, ita mendax obscurat veritatem *DM*. 50 *technam*] fraudem, inventionem, imposturam. 56 *videon*] respiciens Dorias post dorsum suum vidit Chremetem venientem de domo Thrasonis.

IV, 5.

In eundo secum loquitur Chremes. 1 *attat*] expavescentis. 3 *neque mens*] Horatius [*ep.* I, 5, 19]: fecundi calices quem non fecere disertum. *M.* 4 *vah*] ridentis. 6 *verbum*] proverbium. *Cerere*] frumento. *Libero*] vino. *Venus*] luxuria. 8 *aetatem*] per spatium temporis, et est figurata locutio. 12 *huic antevorterim*] pro hanc antecesserim.

---

1 Plautus exorte *legere mihi videbar*. 10 veternus] veternosus *DE*.

IV, 6.

Thais rediens a Thrasone irata secum loquebatur. 1 *sine veniat*] irascendo. 3 *usque adeo*] in tantum vel tam diu. 6 *adeo*] multum, maxime. 9 *hem*] dolendo, timens, ne forte esset vitiata stupro, quia cum meretrice erat. *M.* 10 *educta*] educata, nutrita. *quid ais*] quare dicis eam esse virginem, quae cum meretrice constituta est, vel quare dicis illam esse meam sororem, quae iam dudum furata est. 12 *habetur*] modo *G. refertur*] in futuro *G.* 15 *cistellam*] parvam arcam *DE,* scrinium *G. monumentis*] id est cartis, ubi continebatur, quemadmodum empta fuerat a matre Thaidis. 16 *ubi sitast*] interruptio servae. *in risco*] in arca *C,* in arcella *D.* riscus est repositorium vas ex iunco et foliis palmarum contextum [*M:* riscus est quoddam vas rotundum, quod fit ex cortice arborum]. 18 *attat*] expavescentis *D,* obstupescentis *GE. apage sis*] tace, si vis, et conquiesce vel recede [*G:* apage sis est habe pacem, si vivas, et est comicum verbum . est tace et conquiesce vel recede. *C man. rec:* sis quidam dicunt si vis, sed aliud est, scilicet: si vivas. Terentius: apage sis, id est: habe pacem si vivas, et est amatorium verbum et comicum]. 20 *ah*] indignantis est. 23 *admittere*] patrare *D,* perpetrare et committere *G,* facere vel perpetrare *E.* 24 *prospicere*] providere *G,* cavere *E.* 26 *advocatos*] legis doctos, qui inter nos iudicent. 31 *praesenti*] forti. *attolle pallium*] praepara te ad resistendum. 32 *perii*] videns Thais, quod non praeparabat se Chremes tam velociter, ut ipsa cupiebat, prae ira exclamavit: perii.

IV, 7.

Ad domum Thaidis Thraso iratus cum suis veniens cum Gnathone haec loquebatur. 4 *male mulcabo*] verberibus afficiam. *agmen*] scil. irrumpe. 6 *centurio*] centurio dici-

---

13 ex iunco] videlicet ex iunceto *D.* 14 contextum] textum *DE.* 18 conquiescere vel recedere. 23 et] est. 32 *ad verss. 6 et 7 ceteri codd. praeter M frustula tantum praebent scholiorum.*

tur, qui centum praecst militibus, qui graece ἑκατόνταρχος dicitur, sicut qui mille χιλιάρχης. *M. Sanga*] Sanga vocatur eo, quod esset sanguisugarius, unde et peniculum ferebat, id est spongiam. *M. manipulus furum*] id est conductorum hominum. manipulus triginta militibus impletur, vel quod mane ineat proelium, vel a manipulis feni, quos in lanceis suis antiqui ferebant. *M. cf. Isidor. IX, 3, 50.* 7 *peniculon*] spongia. sanguinarius enim erat et in manu spongiam ferebat. *M.* 10 *malum*] exclamatio, comicum verbum est. *servat*] custodit *E.* 12 *illuc est*] ironicos [*D:* secum loquitur]. *sibi cavit loco*] providit sibi in tuto loco. 15 *nebulo*] vanus, piger [*G add:* gluto, *E* vel falsus]. 16 *fundam*] irridendo, ideo quia ipse dixit: tu hosce instrue, ego ibo post principia. 22 *do*] prō dedi. 27 *tibi illam*] irascendo. *omnium*] nequissime, pessime. 28 *tuam autem*] indignando. *furcifer*] furcae supplicio digne. 29 *non tu*] irascendo. 33 *ain vero, canis*] supplicium canis mihi minaris, quod ipse es.. vel quasi ego sim canis, ita loqueris et dicis, quod diminues caput meum, quasi sim canis. *DM.* 36 *os durum*] impudens. 39 *prohibebo inquam*] ad hoc se vult convertere, ut dicat sibi illam esse furatam sororemque suam. *se alligat*] obnoxium se facit *CE,* reum se facit *G.* 41 *quin*] immo *C.* 42 *ingenium mulierum*] femineum. callide, ubi bilem exprimit feminarum in modum undantis fluminis vel folii, quod vento movetur, huc et illuc ventilantium. *E.* 46 *frugi es*] ironicos, utilis es *GE;* id est parcus, quasi non, sed procax et glutto, et est ironia *DM.*

V, 1.

Irata Thais ad Pythiam ita loquebatur, quae ei mentita fuerat. 1 *perplexe*] involute, obscure. 9 *venefica*] sacrilega. 13 *id*] propter id. 16 *dispudet*] paenitet me *C,* valde pudet *E.*

---

2 χιλιάρχης chiriades *M.*

V, 2.

Veniens Chaerea a domo Antiphonis volens eunuchi vestimenta exuere inveniensque patrem suum ibi et matrem dicebat secum *E.* 2 *quasi dedita opera*] dedito studio, quasi ibi adventum meum opperiri disposuissent *D.* 6 *angiportum*] angiportus vel angiportum est compendiosa et rectior via ducens ad portum. ponitur et pro angusto portu *cf. Fest. pg. 17.* 8 *fugitando*] de loco ad locum fugiendo. 11 *bone vir*] ironicos. 14 *admisero*] admittere proprie est recipere, sed hic pro committere posuit. 17 *eho*] indignando. 21 *monstrum*] ipsum Chaeream monstrum vocat propter deformitatem vestium. *ultro*] insuper. 32 *solidum*] firmum vel integrum *E,* perfectum *DM.* 44 *cavendum*] ne forte mentiatur tibi, vel ne te corrumpat ut Pamphilam. 51 *opperirier*] expecta *M,* expectare *DE.* 65 *apage te*] tace vel recede *C. apage sis*] aliter apage te. apage tantum habet et apage sis. *DE.* 66 *Thais*] respiciens ex adverso vidit Chremetem, fratrem puellae, venientem.

V, 3.

Pythias ancilla videns Parmenonem, qui dona illis adduxerat, secum hoc loquebatur indignans. 2 *qui*] quomodo. *gratiam*] vicem. 9 respiciens Pythias eminus vidit Parmenonem venientem et dicebat secum. *virum bonum*] ironicos. 10 *ut otiosus*] quam securus *E,* non sine causa deceptionis venit. 11 *meo modo*] mea consuetudine, sicuti alios excruciare soleo meis calliditatibus.

V, 4.

Parmeno ignorans, quid evenisset Chaereae, quem introduxerat, revisere volebat secumque haec loquebatur veniendo ad domum Thaidis. 4 *amorem*] confeci, zeugma ab inferioribus. *confeci*] coniunxi illi. *sine molestia*] quia non inde aliquid habuit impedimenti. 7 *sine sumptu*] sine expensa,

---

7 rectior] stricta *M.* 17 et] quod *E.* 20 illis adduxerat] illi tulerat *D.* 23 et *om. D.*

quia nihil expendit. *sine dispendio*] sine damno. 8 *palmarium*] remuneratio palmae *DE*, captionem, ingenium, dolum *DC*, unde mihi palma meretur. nam palmarium est, quod in palma meretur, sicut corollarium, quod in corona meretur *DM*. 12 *foris*] coram amatoribus. 14 *ligurriunt*] leviter degustant [videlicet summis labris *add. DM*, paulatim sumendo *add. E*]. 15 *inluviem*] nimiam satietatem ventris *DM*, inmunditiam *E*. 17 *vorent*] id est devorent *M*. 21 Pythias ancilla terrere volens Parmenonem redeuntem iterum haec secum loquebatur, ita ut ipse potuisset audire, et simulabat, quod Chaereas teneretur in domo constrictus pedibus. 24 *exempla*] poenarum. 30 *adprime*] valde *DM*, maxime *CE*. 35 *minitatur*] vel minatur, id est: minatur etiam mittendum eum esse in culleum. culleus enim sacculus est, in quem mittebantur moechi cum mugili. mugilis enim dicitur quasi multum agilis, qui per anum ingrediebatur in ventrem et ita adulterum necabat. *cf. Isidor. V, 27, 36 et XII, 6, 26. DM.* 45 dum cum ea loquebatur, vidit Lachem, dominum suum, venientem de agro suo. 47 *sapis*] ironicos.

V, 5.

Laches iste pater Phaedriae erat et Chaereae, qui omnia ignorabat, quae evenerant ex Chaerea. revertens hic de agro suo haec secum loquebatur. 3 *ubi satias*] ubi fastidium mihi exortum est in domo una. 8 *satine salvae*] omnes nostrae res. 16 *hem quid*] indignando. 17 Laches coepit aspicere Parmenonem terribilibus oculis et inquit illi. 28 *necesse*] inevitabile.

V, 6.

Visus Laches a Pythia ingredi in domum Thaidis, ubi putabat filium suum vinctum teneri, mirum est derisus in

3 unde *om. D*. 6 degustant] gustant *D*. 10 iterum] et iterum *D* ita ut ille audiret *E*. 11 et dissimulabat *D om. quae sequuntur*. 15 est *om. D*. 19 ea] eo *DM*. 30 Jussus Laches a Parmenone *CE*.

modum. 4 *id*] ideo. 9 *quos ludos*] de sene, quem fecisti domum ingredi. 18 *credo*] ironicos. 19 *in diem*] in tempus aliud differendum. 20 *nobilitas*] divulgabas *D*, multiplicas *CGE*, vel notum facis *E*, vel publicas *GE*, dehonestas *M*. nobilitas id est publicas. nam nobilitas est cognitio multorum, unde etiam nobiles dicuntur noti *DGE*. *cf. Fest. pg. 174*. 21 *exempla edent*] tormentum component. 22 *hic*] ironicos. 23 *sorex*] quae se indicat extra foramen suum *DGEM*. quae si se non indicarit murilego, iam non pereat *C man. rec.* — *perii*] quia ut sorex non periret, nisi ipsa se proderet, ita ego non perissem, nisi ego perditus a Pythia me manifestassem in eo, quod domino meo Lachi haec, quae Chaerea fecit, manifestavi. *M*.

V, 7.

Thrasone iterum veniente ad domum Thaidis dicebat Gnatho indignans. 3 *Omphalae*] quae eum nere coegit amore suo dum eum suscepisset hospitio *CE*. cur ego minus obsequar Thaidi, quam Hercules est obsecutus Omphalae, cupitae suae, qui amore sui nebat *G*. Omphala regina Aegypti fuit, quam adamavit Hercules: quae cum noluisset eum ad suos admittere complexus, nisi promitteret se, quicquid illa petisset, facturum, in tantum delusit eum, ut etiam filare fecisset et colum tenere more feminarum *DM*. 4 *commitigari*] scalpere id est percuti *DM*, mulcere *G*. *sandalio*] calceamento. 5 dum isti loquerentur, egrediebatur Chaereas a domo Thaidis. 6 *prosilit*] prae gaudio prosiliendo exit.

V, 8.

Egrediens Chaerea a domo Thaidis laetus et securus iam de Pamphila secum id loquebatur. 9 *in clientelam et fidem*] in amicitiam et tutelam. 18 *festivitatem*] laetitiam et hilaritatem, quam de me habet pro uxore. *facilitatem*] propitiationem, misericordiam. 19 recedens Parmeno a

---

16 nere coegit] compulit *E*. 19 amore sui n .... *G*. 23 tenere] tendere *D*. 28 et *post* laetus *om. DC*.

Chaerea perrexit ad Phaedriam et narravit ei omnia, quae a fratre eius audierat. at ille laetus loquens respondit. *D.* 29 *invocato*] non vocato. 30 *do fidem*] promitto. 33 *vobis*] id est a vobis *DM. quam fretus*] quantum sis a nobis *DM.* 34 *offendero*] obviavero, invenero. 41 *inscitia*] insipientia. 44 *libenter*] delectabiliter. 46 *suppeditare*] subministrare. 49 *insulsus*] insipiens. *stertit*] dormitat. 52 *accipit*] pascit *CG. prolixius*] liberalius vel iocundius, ut idem in Adelphis [943]: prolixe, Micio, id est iocunde. 54 *gregem*] societatem et numerum. 57 *propino*] praebeo, ut comedatis substantiam eius. 60 *virtutes*] ironicos. 63 *elegantiam*] vel eloquentiam ac per hoc superbiam [*GE add:* ironicos].

Heautontimorumenos.

Argumentum.

3 *animique sese angebat*] graeca locutio *C,* contristabatur in animo *DEM.* 9 *technis*] fraudibus *C,* fraude et dolositate *DE.* 10 *minas*] siclus habet obolos viginti, mina habet siclos sexaginta, qui faciunt obolos mille ducentos. *M.*

Prologus.

1 *partes*] scil. recitandi. *seni*] id est mihi Calliopio. 2 *adolescentium*] qui patientiores essent clamoris et laboris ferendi quam ego, qui senex sum. 3 *quod*] propter quod. 4 *ex integra graeca*] ex ipsa Menandri fabula intacta ab aliquo Latino. *integram*] quam nemo Latinus conscripsit hactenus stilo. 5 *Heauton timorumenon*] se ipsum excrucians vel in se excruciationem exercens. epexegesis id est exaggeratio sensus, cum dixit Heautontimorumenon. *M.* 6 *duplex*] graeca Menandri et latina mea. [*C add:* in stilo et e materia duplicata est]. *ex argumento simplici*] ex una materia.

---

10 praebebo *CG.* 18 qui] quae *M.* 26 effexegesis *M.*

11 *oratorem*] defensorem causarum et comoediarum. *prologum*] prolocutorem, prologorum oratorem. 12 *actorem*] causidicum *C* [id est recitatorem *D E M*]. 16 *distulerunt*] diffamaverunt, disseminaverunt. *malivoli*] more suo maledictis aemulatorum respondet. 17 *contaminasse*] inhoneste transmutasse. 20 *bonorum*] poetarum, Plautum et Ennium, ceteros. 21 *facere*] ex aliorum dictis aliqua in sua transferre. 23 *repente*] in hoc repente, quia noviter de Carthagine venit. *studium*] scribendi. *musicum*] rythmicum, quia poetae musici vocantur. 24 *amicum*] Scipio Africanus, Laelius Sapiens, Furius Philus, iuris peritus, amici et patroni Terentii *D.* 25 *arbitrium*] iudicium. 27 *iniquom*] pro iniquorum. *aequom*] pro aequorum. 28 *crescendi*] vestro favore et auctoritate, quia sicut poetae crescunt, ita et spectatores eorum. *D E. copiam*] facultatem. 32 *decesse*] pro decessisse. *insano*] servo [*D E add:* vel poetae]. *serviat*] scil. populus dando ei locum. 35 *adeste aequo animo*] adestote non plus faventes maledicis quam nobis. 38 *sycophanta*] impostor vel calumniator vel fallax. 42 *aliqua pars*] vociferatio in recitando. 46 *pura*] simplex *D M*, quia in hac fabula eaedem personae sunt quae et apud Menandri. nam in ceteris fabulis personae mutantur sicut Gnatho pro Colace. *E.* 50 *servire vostris commodis*] vestrae utilitati prodesse vobisque placere. 51 *exemplum statuite*] meas fabulas benigne audiendo.

I, 1.

Menedemum senem se excruciantem cum rastro in agro prae dolore filii alloquitur ita Chremes. 1 *nuper admodum*] valde noviter. 2 *adeo*] maxime. 7 *praeter aetatem*] extra modum et mensuras senectutis. 8 *res*] utilitas. 12 *nemo habet*] zeugma. *compluris*] scil. habes. 16 *fundo*] agro. fundus autem dicitur ager a fundendo, eo quod fundat fructus. 20 *paenitet*] parum videtur *E*, oneri est mihi *D M*, doleo *C*. 21 *consumis*] deperdis. 26 *monere*] ut amicum. *percontari*] ut solummodo sciam, quare ita te affligis.

11 Philus] pilus *D*.

28 *usus*] utilitas. 30 *laboris*] mali. 31 *ei mihi*] interiectio dolentis. 37 *adpone*] depone vel applica terrae, ut incumbas. 39 *non sinam*] modo significat Chremetem cum vi ab eo rastrum abstrahere. 45 *perdite*] intemperate, immoderate. 48 *aegrotum*] libidine et amore captum et ideo infirmatum. 50 *hem*] interiectio irascentis. 54 *tantisper*] id est tamdiu. 57 *adeo*] certe. 71 *incerto*] utrum viderem filium necne. 76 *hem*] interiectio gementis. 77 *me expleant*] mihi satis faciant. 84 *si id faciam*] id est si requiescam, ut tu hortaris, vel si omnes hos sumptus solus expendero. *usque*] semper *C.* 85 *inopem*] scil. miseram, vel quia vita militum inops est. 89 *conrasi*] abstraxi. 92 *produxi*] in nundinis. *inscripsi*] pretio deputavi. 94 *coegi*] coadunavi. 95 *decrevi etc.*] id est quam diu me affligo pro illo, spero tamdiu ei iniuriam et inopiam minorem facere et leviorem. 102 *qui*] pro quo vel ubi. — *ubi non vere vivitur*] id est: ibi simultates vel contentiones tales procedunt, ubi non recte vivitur. 110 *Dionysia*] id est festa Dionysii, Liberi patris, sicut Saturnalia, Vulcanalia, Neptunalia pluraliter dicta. 115 *lacrumas etc.*] secum revertens hoc loquebatur. 119 *monitore*] invitatore.

I, 2.

Rediens Chremes a Menedemo invenit in domo sua Cliniam, filium Menedemi, loquentem cum Clitiphone, filio suo, et iam miserat Clinia pro sua amata. 11 *amplius*] quam quando eum invitavi. 16 *misere*] tenere. 24 *plus satis*] plus iusto. 25 *sed reprimam me*] tacendo dixit nolens dolorem patris manifestare propter filium suum. 31 *unius modi*] dilectionis causa. *tolerabilis*] id est mitis et mansuetus minus quam expediat *D E M* [*D M add:* quia plus debet esse mitis]. 32 *nolunt*] pluraliter pro singulari. 36 *periclum*] probationem.

II, 1.

Clitipho, filius Chremetis, secum patrem omnesque senes reprehendebat. 3 quaeque aetas suum proprium habet vi-

35 proprium habet vitium] propriu intus? vitia? *E.*

tium, infantia et pueritia ludum, adulescentia amorem, iuventus ambitionem, senectus quietem *E.* 4 *moderantur*] metiuntur, perpendunt nos. 8 *ubi adbibit*] postquam se ingurgitaverit vino *C.* 10 *surdo*] quia nihil curo de verbis ipsius nec aurem accommodo. 13 *suarum rerum sat agit*] in sua parte satis amat *CDE* [*D add:* vel agat, *E:* vel satis agit]. 15 *potens*] superba. *procax*] inverecunda, appetitrix. *magnifica*] pomposa. *sumptuosa*] nimios sumptus expendens. 16 *religio*] timor, metus *E.* ironicos et negando, quia non est religio, sed contumelia. *CM.*

II, 2.

Tristatur Clinia eo, quod tardaret venire eius amica Antiphila, unde loquitur cum Clitiphone. 3 *exaugeant*] diminuant. 7 *praesagit*] praedivinat de Antiphila. 9 *quando etc.*] desiderate loquitur. 11 *dum moliuntur*] dum festinant conari et contra vires aliquid laboriose facere.

II, 3.

In redeundo Syrus loquebatur cum Dromone istud et est abrupta sententia. *CE.* Dum inter se colloquerentur Clinia et Clitipho ratiocinantes ex amore Cliniae, cur Dromo et Syrus moras facerent, Clitipho vidit Dromonem unà et Syrum in reversione colloquentes ex Antiphila, quae erat relicta a dorso, et repente audierant Clinia et Clitipho, qualiter inter se dicebant ipsas amissas esse feminas, propter quas perrexerunt *DEM.* 1 *caedimus*] miscemus, dividimus. 8 *dum*] adhuc vel syllabica adiectio. 17 *conlocupletasti*] divitem fecisti aliorum bonis. locuples dicitur, qui in multis locis possessiones habet et villas *cf. Festum pg. 119. Isidor. X, 155.* 20 *monuisse frustra*] dolet *C.* 34 *pultat*] pulsat frequenter *DM,* pro pulsat *CE.* 36 *se coniecit*] cum impetu se proiecit vel vi intravit. 37—46 ⟨ordo est⟩: obdit pessulum, redit ad lanam. ubi mulieri

---

10 quia] certe *M.* 32 ordo est *addidi. post* lanam *in D irrepserunt:* ibi interruptum est.

de improviso interventum est, offendimus ipsam texentem telam studiose, mediocriter vestitam veste lugubri. hinc sciri potuit, o Clinia, quo studio exegerit vitam suam te absente, haud nusquam alibi. nam ea res dedit copiam existimandi consuetudinem cotidianae vitae, quae declarat maxime ingenium cuiusque, ut sit eius animus et reliqua. *DM.* 40 *de improviso*] subito. 45 *lugubri*] luctuosa, tristi, sordida. 46 *anuis*] antique pro anus *C.* 48 *expolitam*] maxillam illius tinctam, decoloratam. *muliebri*] nullo fuco nec tinctura muliebri. 49 *passus*] expansus. *prolixus*] non ligatus mitris. 50 *pax*] id est tantummodo, nihil amplius et hoc recte *M.* pax interiectio vel adverbium est comicum proprie significans bene vel tantum modo, qua cessare praecipimus *DCEM.* 52 *subtemen nebat*] id est fila deducebat, filabat, quod in textum mitteret, id est tramam, panuclas, quas dicunt eo, quod a pectine subter caedatur, subtemen, quasi sub stamine. stamen autem a stando. *DM, in CE haec tantum:* subtemen — stando *cf. Isid. XIX, 29, 7.* 56 *sordidatam*] inluvie *E. sordidam*] in corpore *E.* 57 *noxiam*] culpam. 58 *internuntii*] puellae, quae apparatae mittuntur ad amatores dominarum. 60 *adfectant*] praeparant. 69 *illa altera*] hoc respicit, quod superius dixit Syrus: ipsa Antiphila in itinere alterae dum narrat, forte audivi. 74 *in mea vita*] in periculo vitae meae. 77 *quasi cum*] reprimit se *C.* res erat antea Menedemo cum filio suo *DM. ambages*] perplexiones. 82 *haut stulte sapis*] ironicos. 90 *experiundo*] temptando. 92 *pulchre*] ironicos. 97 *mane*] derisorie. 103 *sero ac nequiquam voles*] id est: tarde ac frustra coepisti hoc velle, quod dicis modo, ut sine periculo habeas amicam, quoniam, quandocumque pater sciet, non permittitur, ut fruaris illa. 107 *Syre, Syre*] coepit recedere Syrus inde et obviam illis ire, ut diceret, quod reverterentur domum. 108 *concaluit*] secum, scil. ad lubidinem. 109 *iam hoc*

4 ea] tum *M.* 15 tragmam *M.* 16 panuclas] panodas *D*, fanodas *M*; *cf. Non. sub voce panus.* 21 apparatae *om. D.*

quoque] mutabilitatem amantium exprimit *C.* 115 *huic homini*] mihi, quasi digito tetigit se. 116 *ne utiquam*] nequaquam. 121 *demiror*] valde miror. 123 *in tempore*] oportune. 124 *primum*] optimum vel summum *GE.* qui aliquid vult impetrare, necesse est, ut veniat ad tempus oportunum, id est, quando oportunitas et serenitas. ac laetitia cum illa erat, ego adveni apud domum illius. *DM.* 125 *arte tractabat*] astutia deludebat. 126 *inopia*] cruciatione amoris. 129 *ad has res*] ad amores considerandos. *perspicax*] argutus, praevidens. 130 *inpotens*] incontinens. 131 *inversa*] devia. *eversas*] dissolutas et supinas, huc illucque revertentes. 132 *screatus*] screare est spuere et phlegma purgare.

II, 4.

Bacchis, amica Clitiphonis, Antiphilam, amicam Cliniae, laudabat et ista similiter illam, dum irent. 7 *istius modi*] tam bonas, ut dico. 8 *bonas*] pudicas, quae vultis placere uni viro, non multis. *DM. non sinunt*] amatores, cum quibus ipsa res est. rem appellant stuprum, quod ipsae peragunt. 11 *desertae*] derelictae, inopes, post amissam formam. 17 *commodo*] prosperitate et utilitate. *vah*] subsannantis adverbium, et secum loquitur *DM.* 19 *cepi*] sustinui. 24 *disperii*] valde perii. 26 *anime mi*] blandientis adverbium.

III, 1.

Chremes sero suscepit Bacchidem et Antiphilam cum multitudine ancillarum, in quibus magnam expensam attribuit tam vini quam etiam cibariorum, unde dicebat, dum aurora incipiebat lucem dare diei: iam lucescit; quare cesso pulsare ostium Menedemi et innotescere, quia filius eius a militia repedatus est? 1 *pultare*] pro pulsare. 11 *Menedemus*] secum ista loquitur dolendo. *egregie*] singulariter. 13 *diem adimere aegritudinem*] tempus tollere tristitiam. 17 *Chremes*] persequitur Chremes suam

13 flecma *vel* flegma *libri.* 29 dare] clarae *DE.*

orationem. 22 *Clinia meus venit*] nimio gaudio perfusus hoc aiebat. eadem verba repetuntur, unde et in Hiob [7, 7] eadem verba repetuntur ut quamquam ut videam bona, similiter. *D.* 27 *ut essem*] quomodo me affligerem propter absentiam eius. 35 *commeare*] transire. 37 *coacta*] propter inopiam. *ingratiis*] pro ingrate *DM*, invite *C.* 38 *volgo*] per multos amatores. 39 *intertrimento*] dampno. 41 *perniciem*] dispendium. 43 *oneratas*] ornatas *D. satrapes*] satrapes allophylorum lingua dux dicitur [*D in marg.:* apud Persas]. 47 *actum siet*] de me, ut sim pauper *C*, quasi diceret: in paupertatem deductus ero. *DM.* 48 *pytissando*] subbibendo *E*, frequenter bibendo *DGCM.* 51 *relevi*] aperui. *omnes serias*] id est ollas vinarias. 52 *omnes sollicitos*] omnes servos occupatos in servitio illarum. 53 *exedent*] corrodent *DE*, devastabunt *C.* 58 *permagni referre*] multum valere et multum prodesse summumque bonum tibi esse *E.* 63 *ibi*] in ea causa, ut te fallant. 78 *denegaris*] deest si. 91 *arbitrum*] iudicem inter se. 93 recedente Chremete Menedemus secum dixit. 96—97 *quia re in nostra etc.*] per vices sumus nimio gaudio praepediti, per vices nimia tristitia. propter hoc solent alii diiudicare nostra facta melius quam nos, quia animus aut gaudio titubatur aut aegritudine demergitur. *M.*

III, 2.

Syrus, servus Clitiphonis, ibat secum cogitando. 1 *circumcursa*] ad semet ipsum *E.* discurre laborans, qualiter argentum impetres. 3 *id*] scil. ut me fallant et Menedemum. 5 *provincia*] providentia. 8 *tam mane*] potuisse surgere. *nihil nimis*] non nimis bibi vel non surrexi mane. 9 *visa verost*] scil. in te. 10 *aquilae senectus*] prae pallore, de homine sene. renovaris sicut aquila. *heia*] quare me deludis adulando calliditatibus tuis. 12 *luculenta*] splen-

---

8 SATRAP *D*, satrapos *G*. 11 deductus] ductus *D*.
17 in ea] in eam *DC*, mea *M*. 21 solent] volent *M*.
32 calliditatibus *M*, facultatibus *D*.

dida. 13 *sane*] valde. 19 *istunc servolum*] dissimulavit se. 20 *Syre*] secum, interruptio est. *tibi timui*] absolute tibi timui, ut in Andria (210): ei timui, eius vitae timeo. 25 *garris*] inaniter loqueris *D G M.* garrire proprie est inaniter loqui. inde ille quoque dicitur garrire, qui vana vel falsa quaeque loquitur *E.* 26 *in loco*] oportuno. 29 *huic*] exemplum de praesenti. 34 *stolidus*] fatuus servus ille. stoliditas est insipientia et fatuitas. inde quoque homo dicitur stolidus vel insipiens vel fatuus *E.* 37 *calleo*] astutus sum, vel prudenter scio. 38 *melior*] scil. es, quanto melius sapis. *non est mentiri meum*] non oportet neque fas est servum mentiri domino suo, sed in omnibus vera dicere *E.* 39 *dum*] dum potest hic esse syllabica adiectio sicut in Andria (29): adesdum *D.* 44 *siquid, nequit*] modo, mox tamen poterit. *D C M.* aliter: siquid, nequid, id est: sive aliquid sive nihil faciat, et sit nequid quasi non aliquid.

III, 3.

Chremes videns filium suum Clitiphonem iocari cum Bacchide, quae dicebatur amica esse Cliniae, filii Menedemi, increpat illum. 6 *subigitare*] sollicitare vel decipere. tractum est a porcis hoc verbum, qui, quando lac sugunt, matrem subigitant. *D G.* 9 *animum advortunt graviter*] gravi animo cognoscunt. *D.* 11 *esto*] concedentis *G*, concessive *E*, concessivum adverbium *D M.* 15 *dignitas*] scil. bonitas sua, quam possidet in semet ipso, prohibet me, qui sum facinorosus, ne dicam ei mea mala. 19 *hominis frugi*] utilis vel parci. 20 *quin*] quin etiam. 23 *actumst*] deest si *M. effecero*] callide abstraham a patre. 28 *di te*] hic dedit ei alapam *D*; intelligitur enim hic Clitiphonem percussisse Syrum. *extrudis*] expellis. 30 *porro*] in processu temporis. 33 *mihi*] qui debeo eius baiolus esse et monitor. 34 *quid tu*] repe-

---

5 inaniter loqui] ranu *E, sed parum certe cf.* IV, 6, 19. — dicitur quoque *E.* 18 iocari] iocantem *E.* 19 dicebatur] fingebatur *E.* 20 increpabat *E.*

titio sermonis. 39 *fuit quaedam*] ecce incipit fraudem, quomodo decipiat senem. 42 *arraboni*] pro arrabone vel vadimonio. *D G C M.* arra est, quod redditur accepto pretio, arrabo, quod tenetur, dum lucrum excrescit *[cf. Isid. V, 25, 20] M.* 52 tunc egrediebatur Sostrata, uxor Chremetis.

IV, 1.

Antiphila intrante in balneum anulum illius accepit Sostrata, uxor Chremetis, et recognovit, quod suae filiae fuisset. 3 *quid est*] ad nutricem suam. 7 *non temere*] non sine causa. 8 *nugas*] ineptias. 13 *edicere*] interminatum. 16 *haud inpura*] non mala, sed fidelis. 19 *insciens*] ignorans. 20 *inscientem*] stultam. 24 *sino*] indulgeo. 25 *bene*] ironicos. 32 *ignoscentior*] scil. tanto esto clementior, facilior ad ignoscendum. 35 *facilitas*] mansuetudo, quia multa facis, quae non auderes facere, nisi lenitatem in animo sensisses meo. 46 *plus spei video quam volo*] id est nollem videre hoc, quod video, ut filia domini mei inveniatur Antiphila; nam statim astutia mea manifesta erit, ut hoc inventum fuerit.

IV, 2.

Postquam ipsi recesserunt, Syrus secum dicebat *E.* 2 *oppido*] valde. *meae coguntur copiae*] constringuntur meae fraudes, ut non multum sit a me infortunium. 5 *triumpho*] gaudeo. 6 *crucior*] angustior in animo. *bolum*] id est fraudem, quam habui excogitatam, qualiter possem auferre a sene X minas. 10 *at sic opinor*] volvit cogitationes. *euge*] exultat.

IV, 3.

Ut cognovit Clinia, filius Menedemi, Antiphilam, amicam suam, filiam esse Chremetis et Sostratae, laetabatur securus, quia illam duceret, utpote quae libera erat. 3 *fru-*

---

7 intrante Antiphila *D.* 8. 9 quod . . fuisset *D E M*, fuisse *C.* 23 a] aput *D.* 26 minas] minum *D.*

galior] parcior et magis abstinens. 5 *istuc*] alloquitur Cliniam. 12 *o Iuppiter*] Clinia sua semper gaudia immiscebat, unde Syrus tristabatur. 14 *fer*] ut idem in Hecyra [610]: abi tu rus ergo hinc. ibi te ego et tu me feres. *D.* 16 *hoc non ages*] non me iuvabis vel non audies, si ita perseveraveris. *agam*] id est audiam vel adiuvabo. 22 *tenes*] intellegis. 31 *palmam*] victoriam. *effero*] extollo. 33 *vera dicendo*] diasyrtici vocantur, qui vera loquentes auditores decipiunt. unde et diasyrtica narratio dicitur, quae licet veraciter dicatur, ab auditoribus non creditur sicut hoc loco. *DE.* 38 *malum*] exclamando. 39 *pax*] comicum adverbium pro tantummodo. 41 *quid si*] ironicos. *caelum ruat*] argumentum ab impossibili. 44 *traducatur*] expellatur hinc et introducatur in domum patris mei. *DCM.* traducere est publicare sive diffamare, sed in hoc loco pro transducere ponitur *G.*

IV, 4.

Adhuc dum esset Bacchis in domo Chremetis indignans, quia Syrus ei mentitus esset, dicebat secum. 7 *satis scite*] ironicos. *scite*] docte, pulchre. 9 *mea Phrygia*] ficte hoc dicebat, ut audiret Syrus. 11 *curriculo*] cito *D*, brevi cursu *G*. 15 *quin*] certe. 16 *num ego insto*] numquid exactio ulla tibi fit a me, ut tu des mihi argentum, quasi diceret: num ego compello, ut des mihi. *sodes*] blandientis est. 18 *scelus*] exclamando. 19 *dignam*] irascendo, quasi diceret: ita me deludis, quasi digna sim his delusionibus. 25 *ne ille haut scit*] ne haut pro nequaquam, vel valde nescit.

IV, 5.

1 *Chremes*] secum loquitur. 12 *reddidi*] decepi eum. 14 *caput demulceam*] osculando te. 16 *scite*] perite. 19 ecce fraudes, quas habuit cum domino suo pro eius filio. 28 *tardus*] stultus. 32 *homini*] scil. fugitivo dabo filiam meam? 42 *sed illud*] fraudulenter per hoc a domino suo argentum volebat extorquere, ut illud posset

dare Bacchidi, nam ei promiserat. 45 *quid mea*] scil. interest aut quid ad me pertinet. 46 *oppignerare*] pro pignore accipere vel habere, quoniam anus dederat Antiphilam Bacchidi pro decem dragmis, quas ei debebat. 50 *te in lauta etc.*] inter puros homines te computant. lautos enim cibos dicimus delicatos.

IV, 6.

Dum praeciperet Chremes Clitiphoni, ut ferret argentum Bacchidi, iuxta quod Syrus dedit consilium, tristabatur Clitipho ignorans causa sui hoc agere Syrum. 1 *nulla etc.*] nulla res est tam facilis ad faciendum, si eam aliquis fecerit invitus, ut non dura videatur. 6 *ut*] utinam. 8 *comminiscere*] conficis, excogitas. 9 *excarnufices*] crucies. *quo dignus es*] in malam partem. 10 *protervitas*] superbia, dicitur et protervia. 12 *ne*] valde, multum. 19 *garris*] inaniter loqueris. garritus proprie est avium. 20 *ludis*] deludis, decipis. 21 *deamo*] valde amo. 23 *obsecundato in loco*] oboediens esto mihi modo, vel oportuno tempore, ut hoc, quod tibi dixero, facias.

IV, 7.

Chremes deferens argentum quaerebat filium suum dicendo. 3 *ei*] exhortantis est *DM*, adverbium hortantis *E*. 7 *Chremes*] secum loquitur recedentibus illis. 8 *ornamentis*] quasi non ad ornamenta sed pro praeceptione. 10 *dotis etc.*] pro dotalicio dabo duo talenta.

IV, 8.

Audiens Menedemus, quod filius eius Clinia non amasset Bacchidem, quam ficte dicebat se amare propter Clitiphonem, filium Chremetis, et videns argentum proferri a Clitiphone Bacchidi, congratulabatur et congaudebat. *DE*. congratulatur

1 nam] quod *D*. 9 Syrus *om. D*. — dedit] dederat *CE*. 10 ignorans] timens *DM*.

filio suo Cliniae, quod post scortum ad eum reversus sit *C.* 4 *serva*] ne filius meus iterum me relinquens eat militatum. 9 *ea via*] caute et per fallaciam. 13 ecce nunc quasi fraudes manifestat Syri. 20 *indulges*] es clemens. 24 *postremo etc.*] nam ista Chremes fictis loquitur verbis. 25 *desponsam*] desponsatam. 27 *ne*] timeo ne forte, vel pro certe. *propediem*] proximo tempore. 28 *istius*] filii adventus.

V, 1.

Separatus Menedemus a Chremete loquitur secum ita. 4 *caudex*] truncus arboris. *stipes*] immobilis. *asinus*] brutus. *plumbeus*] ponderosus. 6 *gratulando*] saepius illis gratias agendo. *optundere*] inportuna esse vel hebetare. 9 *gnatus cessat cum Syro*] nam Syrus cum Clitiphone perrexerat in domum Menedemi cum munere. 14 *voltus quoque etc.*] pantomimus poterat dici, pantomimus omnium imitator vultuum est *EM.* 16 *veterator*] inpostor est Syrus. 19 *iniecisse verba tibi*] mentitum esse tibi. 26 *subolat*] manifestetur vel publicetur. 27 *mitto*] verba placationis, qualiter filius tuus deosculabatur Bacchidem. *osculari atque amplexari*] scil. quod facio ipse quadam ex parte. et consilio manifestat Menedemus Antiphilam, filiam Chremetis, amicam esse filii sui. *DM.* 29 *conclave*] locum secretum dicit in domo. 33 *operuere*] clauserunt. 36 *decem dierum etc.*] scil. si eam pavero; id est: vix per decem dies potero meam sustentare familiam, postquam Bacchis venerit cum comitatu suo. 39 *communi*] amicabili *D*, benivolo *C.* 40 *patiatur*] scil. corrumpi. 41 *hahahe*] irridet Chremetem Menedemus. 43 *quot res*] quam multa indicia. *persentiscere*] pro cognoscere *D*, percognoscere *M.* 57 *suppeditare*] subministrare. 58 *ad rastros res redit*] id est ad paupertatem, ut rastris operer, sicut tu fecisti. 64 *quid dotis*] quid dicam, quantum vis dare filio meo pro filia tua? nam antiquitus sicut dotabat

13 inportunam *DC.* 21 quod facio *om. D.*

maritus uxorem, ita et uxor maritum. 69 *dixisse*] deputasse. 70 *emirari*] valde mirari *DM.* 74 *mitte*] pro dimitte. 75 *age*] hortantis *D.* 76 *liberos*] ingenuos et nobiles. *confutabitur*] castigabitur. 77 *sed Syrum*] scil. flagellabo. *quid eum*] scil. flagellabis. *exornatum*] carentem ornatu. 78 *depexum*] laceratum.

V, 2.

2 *eiecerit*] removerit ab amore suo *DM.* 9 *omisso*] dissoluto, lascivo. 10 *prima*] optima. *consulere in longitudinem*] id est futura cogitare. 11 *egeres*] ad inopiam pervenires. 17 *disperii*] valde perii. 22 *aram*] ad quam confugias, auxilium. 23 *precatorem*] qui te contra me excuset. 31 *quid*] ut sit interruptio. 43 *sat recte*] secum. 45 *in leges conficiet suas*] in suam concordiam conciliabit. 46 *nihil gratiae*] scil. referat ob hoc, quod nunc ago, si postea uxorem duxerit. 47 *quid hoc*] quare crepuit ostium. *fugio*] conspectum illius. 49 *precatorem*] reconciliationis.

V, 3.

Sostrata, uxor Chremetis, videns filium suum Clitiphonem tristari ob animum patris contra se commotum dicebat Chremeti, viro suo. 2 *adeo*] valde. 4 *pergin mulier esse*] molesta esse *D.* 7 *restas*] resistis mihi. 8 *quam quidem redeat*] antequam licet tu loquaris *M.* *ad integrum*] ad perfectum. 16 *non*] scil. ideo abicietur filius, quia filia inventa est. aliter: non dicas filium non esse tuum.. 18 *convinces etc.*] contumeliose increpat eam: licet velim, ut pro filia eiciatur filius, quasi non sit noster, tui mores tamen, in quibus tibi valde consimilis est, probabunt tuum esse filium et ob hoc tuum convinces esse, licet negare volueris. 21 *severus*] tristis.

---

6 ornatam *D.* 21 commotum] commatum *D*, eum commotum *E*, eum commetum *C.*

V, 4.

Clitipho secundum consilium Syri exorat matrem suam Sostratam, quatenus ei dicat, qui sunt eius parentes. 2 *vostra voluntate*] non natura. 6 *hocine quaesisti*] numquid propter hoc interrogasti, ut diceres te non esse filium nostrum? 10 *gerro*] gerro nominatur insulsus, insipiens, fatuus. gerra enim dicitur piscis nullius saporis, non aptus cibis. aliqui dicunt gerra machinamentum bellicum, quo quondam usi sunt Romani ad expugnandos muros, sed nihil proficere potuerunt. hinc Clitiphonem inefficacem et sine effectu vult significare. *D (bis, in marg. et infra) CEM; postremam partem inde ab* 'aliqui' *om. G. [cf. Eugraph. ad hunc loc.]. iners*] piger, ineptus, inutilis. *fraus*] fraudulentus. *helluo*] glutto, vorax. 11 *ganeo*] luxuriosus. *damnosus*] dispendia inferens. 13 *Minervam*] Minervam dicunt esse natam ex Iove, videlicet de cerebro, et ideo dicitur dea memoriae, quam in cerebro esse constat. *DM.* 17 *obsequare*] obtemperes *D.* 21 *capiam*] pro incipiam vel inveniam *[cf. DG]*.

V, 5.

Menedemus alloquitur Chremetem, ut acceleret nuptias, sive ut ignoscat filio suo Clitiphoni, si aliquid peccasset. 1 *Menedemus*] secum. 2 *inhumane*] crudeliter. 4 *quod*] quantum. 6 *ut dem*] scil. vultis. 8 *ignosce*] indulge. 9 *pertendere*] adimplere. 10 *adeo*] certe. 12 *pater*] scil. non possum. *ad me recipio*] in meam providentiam illum accipio, ut faciat, quod vis. 16 *lepidam*] honestae formae. 18 *caesiam*] lenticulosam, vel oculis fellineis atque viridibus. *sparso*] magno. *adunco*] curvo. 19 *elegans*] peritus filius tuus in eligendo feminas.

---

8 aliqui] alii *C.* 9 Romani *CEMD priore loco; D altero loco:* hostes; *ibid. post* muros *add.:* Atheniensium. — sed *D priore loc. M,* et *D altero loc. CE.* 10. 11 et sine effectu] vel stultum *D priore loco,* et stultum *M.* 16 de] ex *M.* 22 si — peccasset *om. DM.*

Phormio.

Didascalia.

Graeca Apollodori Epidicazomenos] Apollodorus graecus poeta fuit, qui fecit fabulam, quam Epidicazomenon appellavit ex nomine cuiusdam parasiti, qui in ea introducitur.

Argumentum.

4 *unice*] singulariter vel misere. 7 *funus procurat*] virgo, prout potuit. 9 *fremere*] indignabantur *C. minas*] μνᾶ graece, mina dicitur latine.

Prologus.

1 *vetus*] maledicus, malevolus, detractor. 2 *in otium*] ut relicto studio carminum otiosus maneat. 4 *dictitat*] frequenter reprehendit. 5 *tenui*] vili. *levi*] contemptibili. 6 *quia nusquam etc.*] ironice *C.* 13 *lacessisset*] provocasset. 16 *in medio positam*] id est in publico vel indifferenti, quoniam poetae boni indifferenter ducunt, utrum laudentur an vituperentur. 17 *palmam*] victoriam laudis. 18 *ad famem*] ad otium. *a studio*] carminis. *reicere*] revocare. 20 *benedictis*] bonis verbis prolatis. 23 *peccandi*] quia semper maledicit. 27 *primas*] praecipuas. 30 *operam*] audiendi. 31 *ne simili etc.*] ne similiter impediamur in ista sicut in Hecyra. 32 *per tumultum*] scil. ludorum. 33 *actoris*] recitatoris. 34 *bonitas*] benignitas.

I, 1.

Condolebat Davus, nummularius Getae, qui sibi argentum detulerat ad percutiendum, quod minutatim sibi ipse Geta congregaverat et cogebatur tunc expendere in nuptias filii, domini sui. 1 *popularis*] populo gratus. 4 *conficerem*] conflarem. 6 *conraditur*] coadunatur, ut

16 ducunt] ducuntur *E*, dicuntur *C*. 26 minuatim *G*.

possit expendere in dotem. 9 *unciatim*] minutatim et paulatim. *de demenso suo*] de eo, quod sibi demendo minuerat parce vivendo. 10 *defrudans*] diminuens. *genium*] voluptatem. *compersit*] vix parcendo sibi congregavit. 11 *abripiet*] in suos usus consumet *C.*. *haud existumans*] non recogitans, cum quanto labore acquisitum sit, quod ipsa libidinose expendet. 13 *ferietur*] damnabitur.

I, 2.

Egrediens Geta a domo, ut iret ad Davum rufum argentum reposcere, dicebat suis. sed subito ipse Davus advenit. 1 *praestost*] interruptio. 3 *lectum*] scil. electum *C*, congregatum *DGE*. 4 *habeo gratiam*] quod te deprecatus sum. 5 *mores*] perversi. *adeo*] ad id. 6 *quid*] aliquid, licet non totum. *DE*. ad hoc, inquit, mores hominum devenerunt, ut si quis reddat non totum, sed aliquid ex eo, quod sibi commendatum est, etiam pro ipso parvo illi gratia referatur. *D*. 9 *modo*] tantummodo. *abi sis insciens*] est iocose dictum, iocando maledicit ei. 12 *operam tibi dico*] attribuo, id est auscultabo. 18 *pellexit*] suasit vel decepit. *modo non etc.*] omnia promittebat praeter montes auri. 20 *o regem etc.*] ut liceret mihi indicare iudicium aequum. 25 *adversari*] contradicere. 26 *scapulas perdidi*] vapulando, quia ipsi adolescentes me flagellabant. 31 *nactus est*] invenit. 32 *perdite*] luxuriose, immoderate. 33 *impurissimo*] avarissimo. 35 *oculos pascere*] videre, scil. voluptatibus et ludis delectari illorum puerorum. aliter: scil. pulchritudine illius citharistriae, quia non habebat, quod illi daret. 37 *operam dabamus*] consentiebamus illi, ivimus cum illo. 38 *exadvorsum*] e contrario. 39 *tonstrina*] officina tonsoris, id est statio. 40 *opperiri*] expectare. 45 *viciniae*] in vicinia nostra *C*. 53 *duc nos*] procede. Antipho ait. 56 *passus*] expansus, dissolutus *C*. 58 *extinguerent*] obfuscarent *M*. 60 *scita est*] formosa est. *noster vero*] interruptio est. 63 *copiam*]

1 minuatim *CM, om. G.* 19 ausculto *E.*

facultatem. 65 *bonis prognatam*] de bonis parentibus progenitam. 66 *lege*] legitime. 73 *confidens*] temerarius, audax *D*, audacissimus *CEM*. 75 *lex est*] verba Phormionis. *orbae*] pupillae virgines. 77 *tibi scribam dicam*] tibi ingeram causam. 80 *qui*] quo modo. *cognata*] propinqua. 82 *refelles*] contradices, recusabis. 90 *ad precatorem*] ad excusatorem. *mihi*] pro me, ad meam utilitatem. 91 *nunc amitte*] personam mali excusatoris denotat *C*. 92 *si quicquam*] fecerit, commiserit *C*. 93 *vel*] etiam. 98 *quoad*] quo usque, quoadusque, una pars est. 100 *portitores*] custodes portus, praepositos portui. 102 *Dorcio*] ancillae.

I, 3.

Antipho, filius Demiphonis, alloquitur Phaedriam, filium patrui sui, dicens se in magno metu esse, quotienscumque patris adventum reducebat sibi. 3 *incogitans*] inconsideratus *D*, stultus *G*, valde cogitans et timens *DCE*. 8 *angeret*] cruciaret. 14 *conicito*] aestimato. 17 *sine mala fama*] sine meretricio cultu. 18 *qui*] quomodo. 24 *ius sit amittendi*] quia legibus constrictus sum.

I, 4.

Veniens Geta de portu vidit venientem Demiphonem, dominum suum, et loquitur secum in eundo. *M*. Secum loquebatur de se *DGCE*. 2 *te impendent*] imminent tibi. 6 *Antipho*] secum. *quid illic*] interruptio. 7 *punctum*] brevissimum spatium *DGECM*. punctus est quarta pars horae *E*. 9 *laterem lavem*] proverbium illorum, qui dum se volunt expurgare, in culpam incidunt, sicut later, quo amplius lavatur et fricatur, eo amplius sordes emittit. *DCEM*. *Θεόκριτος δ ποιητής* [16, 62]: *καὶ ὕδατι νίζειν θολερὰν ἰοειδέι πλίνθον*. *D. man. rec*. 10 *mihi*] propter me. *animi*] in animo. 12 *vidissem*] providissem. *essem ultus*] pro nihilo deputassem. 13 *convasassem*] rapuissem,

1. 2 progenitam] natam *D*. 31 *τολερὰν D*.

furatus essem. 17 *ibi plurimumst*] ibi saepissime moratur. 19 *expedi*] expone, enarra. 23 *Phanium*] apostropham facit ad uxorem *G.* *distrahar*] separer. 24 *expetenda*] optanda. 25 *advigilare*] cautum esse. 26 *atqui*] certe. *ut sis*] apud te. 30 *ilicet*] ire licet *CEG*, vel: i, licet. *D.* 31 *quin*] cur non. 32 *si adsimulo*] laetum me sic. commasculat frontem. 35 *saevidicis dictis*] saeva dicentibus verbis. *protelet*] confodiat vel distrahat. 38 *quid agis*] incipiebat fugere. 39 *me novi*] scil. timidum esse. 42 *plectar pendens*] sustinebo poenas in cruce. 44 *facere oportet*] ut fortes simus. 47 *noxiam*] culpam. 50 *sedulo*] instanter. 52 *subcenturiatus*] callidus *E*, subinstructus dolo vel simulatus *CM*. duae erant centuriae apud antiquos Romanorum, maior habebat centum centenarios et mille decanos, minor vero decem centenarios et centum decanos. haec itaque in insidiis semper ponebatur, ut si maior deficeret, ab illa iuvaretur, unde et subcenturiatus dicitur dolosus, callidus, in insidiis praeparatus *DGE*. — succenturiati sunt non qui in prima, sed qui in secunda centuria consistunt, quasi sub prima centuria constituti. sunt autem et ipsi in speculis armati positi, ut si prima defecerit, isti laborando primis subveniant. unde et ad insidiandum ponitur succenturiatus, quasi armis dolo subinstructus. centurias autem dicimus partes exercitus in centenos milites distributas. qui his praesunt, centuriones dicuntur. *DM [cf. Isid. IX, 3, 49. 48]*.

II, 1.

Demipho reversus loquebatur secum audiens de filio Antiphone. 2 *simultatem*] iram *DE*, austeritatem *G.* 4 *vix tandem*] evadam. 5 *aliud cura*] ironicos, secum. 10 *in-*

6. 7 commaculem *D.* 14 et mille — centenarios *om. D.* 17 dicitur] quod dicitur *G.* 20 sunt autem — positi *D*, namque erant in speculis armati constituti *M*, tamen stricti etiam ipsi et in speculis positi in bello sunt *Isid.* 21 prima pars deficeret ipsis *M.* laborando primis *om. M*, laborantibus primis *Isid.* 23 dolo subinstructus *DM*, dolosis instructus *Isid.* 25 his *D*, eis *M.*

ritatus] provocatus ad iracundiam. 12 *aerumnam*] infelicitatem. 13 *cogites*] alloquitur quemlibet. 17 *anteeo*] praecello. 19 *usque*] semper. 28 *bonas*] ironicos. 29 *suscenses*] praeiudicas, reprehendis. 30 *gestio*] desidero, opto. 34 *omnes congruunt*] omnes concordant in malum. 36 *in noxiast*] in culpast. 37 *tradunt operas mutuas*] adiutoria mutua sibi impendunt in malum. 42 *non causam dico*] non excuso neque defendo illum. 46 *diviti*] sicut tibi. 47 *pauperi*] sicut puellae, quae erat pauper. nec invidia laudanda est neque misericordia irrationabilis. 51 *functus adol. officium*] functus illam rem. 57 *bone custos*] ironicos. *columen*] firmitas. 60 *inmeritissimo*] adverbium pro inmeritissime. 62 *causam orare*] defendere vel loqui in iudicio. 64 *imprudens etc.*] ironicos, indignando. 71 *faenore*] pignore vel vadimonio. 72 *crederet*] praesumeret aliquid cum faenore mutuare. 75 *nihil suave meritumst*] nihil meruistis, ut vobis suaviter loquar *D G E C. meritumst*] vestrum *M.* 80 *nempe ad Pamphilam*] secum, iocose.

II, 2.

Geta veniente ad Phormionem cum eo coepit Phormio loqui de Antiphone, qui timore perterritus non audebat videre conspectum patris. 1 *admodum*] veritus est. 3 *ad te*] apostropham facit ad se ipsum. 4 *intristi*] pro intristi et praeparasti. *exedendum*] commolendum, corrodendum, consumendum. *accingere*] praepara te. 5 *si rogabit*] interruptio: si interrogaverit Demipho, cur compulerim, ut filius eius uxorem duceret. *eccere*] providendum est in causa. 7 *cedo senem*] feriam meis verbis. 9 *derivem*] convertam. 11 *in nervom erumpat*] in stuporem procedat, postquam coeperis loqui cum sene. *D G E C M.* aliter: in nervum id est in vincula, ut Livius in III ab urbe condita: homines nobiles in nervos conici iubet. *D.* 12 *periclum*] id est probatio. 13 *deverberasse*] debilitasse meis verbis. 14 *hospites*] scil. primum. 15 *dum*] adhuc. 16 *qui*] quo-

29 in stuporem] in mollitiem *G E.*

modo, scil. accidit, ut omnibus inpune malum inferres *DM.* 18 *fructus*] suavitas vescendi *D.* *opera luditur*] labor deluditur. 19 *abradi*] adquiri, abstrahi. 20 *damnatum*] ligatum. 21 *hominem*] me. *edacem*] gulosum *G.* *sapiunt mea sententia*] sapienter agunt meo iudicio. 24 *gratiam regi refert*] quia periculo opponens se libertatem patriae donat. 26 *ille*] rex vel dives quilibet, qui te vocat. 27 *ringitur*] animo contristatur. ringor proprie est oris apertio. 28 *dubia*] lauta *DGEC.* vel incerta, diligentia ciborum diversorum. *M.* 29 *quid istuc*] interruptio. 31 *praesentem*] propitium. 24—31 dat comparationem de Antiphone, quia sicut aliquis invitans apparat, quae necessaria sunt ad prandium, dum alter maneat securus, ita Phormio parat nuptias Antiphoni, dum ille otiosus sit. *DM.* 32 *prima coitio*] primus conventus, prima allocutio. 33 *postilla*] deinde.

II, 3.

Conductis secum testibus a foro loquitur Demipho. 3 *quin tu hoc ages*] quid vis fugere? 4 *iam ego etc.*] silenter. *agitabo*] commovebo. *pro deum*] exclamatio, aperte, ita ut Demipho audiret. 6 *Geta*] Geta ficte loquitur ex persona Demiphonis, et tamen ita, ut audiret Demipho. 21 *videas te atque illum ut narras*] ita pauper sis, ut eum narras fuisse. silenter loquitur, ita ut dominus suus audiret. 22 *eum esse*] Stilponem cognatum fuisse. 24 *inliberaliter*] inhumane. 27 *bonorum extortor*] ablator. *legum contortor*] conturbator vel depravator. convicium in Phormionem. 28 *responde*] silenter. 35 *expiscare*] investigas a me. 37 *enicas*] iugulas, fallis, circumvenis vel decipis. 42 *Stilpo*] tacite subicit ei nomen. 46 *rem*] patrimonium. 54 *refellit*] respuit ante iudices. 58 *solus regnas*] ironicos. 67 *amittere*] dimittere. 71 *at nos unde*] sumus proximi? *quam ob rem*] dabimus ei dotem? 73 *ineptis*] stulte agis. 78 *aut*] certe, si aliter fecerit.

---

8 contristatur] constringitur *C.* — ringor] ringo *DE.* 12 apparat] alium parat *M.* 23 silenter] scienter *DGM.*

II, 4.

Recedente Phormione inde alloquitur Demipho hos, quos adduxerat, de filio suo Antiphone, qui se miscuerat his et qui ante praesentiam illius non venit, postquam reversus est de Cilicia. *DM.* 7 *Cratinum censeo*] primum iudicare. 13 *sedulo*] id est bono studio, sedulum studiosum dicimus, sine dolo, ut Hieronymus dicit. *D [cf. Don. ad Eun. 138, Phorm. 428, Non. 37].* 16 *inceptu*] ad incipiendum *DM.* 18 *numquid nos vis*] amplius morari. *probe*] ironicos. 19 Geta revertens non invenisse se Antiphonem nuntiavit. 24 *in tempore*] oportune.

III, 1.

Semet ipsum redarguebat Antipho, quod ipse suam causam fugerit atque aliis commiserit. 7 *incusamus*] incusamus maiores, accusamus minores vel aequales. 10 *subolet*] id est manifestum est, quod feci; id est num manifestae res sunt, an aliquid latet? 13 *confutavit*] devicit. 14 *eu*] congaudendo. 16 *mansurus*] expectaturus. 19 *nam per eius etc.*] quasi diceret: si recesserit a me uxor, moriar, si autem dixerit, ut maneat mecum, vivam. *DM.* 20 *palaestra*] luctatione, nomen palaestrizandi pro contentione posuit.

III, 2.

Dorionem lenonem exorat Phaedria, ut vendat ei suam amicam triduum expectans illum pro argento. 5 *Antipho*] Antipho audiens, quod frater suus et leno contenderent, ait. 6 *ne quid suo suat capiti*] insuat, componat fallaciae, ne aliquam fallaciam machinet. 7 *hariolare*] id est divinas. ariolus dicitur ab ararum inspectione. 8 *faeneratum*] retributum vel remuneratum. *logi*] sermones et verba sunt, quae loqueris. 9 *facto*] si feceris. 14 *incogitantem*] valde cogitantem vel nihil cogitantem id est stultum. *inpudentem*] inverecundum. 15 *phaleratis*] exornatis et dolo compositis.

4 non venit] advenit *D.* 7 Hieronymus] hier. *D.* 28 machinet] machinet contra Phaedriam ore suo *DM.*

ductes] seducas. 16 *ei, veris*] scil. verbis. secum. 17 *sollicitudine*] amore uxoris suae. 23 *leno*] deceptor. 25 *quid*] non impune feret. 26 *quam indignum facinus*] ironicos, indignando et denegando, quod non sit facinus. 30 *obtunde*] hebeta te hoc repetendo vel hebeta aures meas. *exoret*] impetret. 32 *verba*] fallaciae. 35 *adversum ingenium meum*] contra voluntatem meam. 38 *satis commemini*] bene recordor. 39 *quam ad*] ad quam diem. *praestituta*] praefinita. 40 *haec*] dies. *antecessit*] pro antecedit. 41 *stercilinium*] convicium in Dorionem, et antiqui pro sterquilinium dixerunt stercilinium. 42 *sic sum*] id est talis sum, id est avarus. 48 *potior*] maioris gratiae apud me.

III, 3.

Phaedria sciens se habere constitutam diem crastinam ad solvendum argentum et sciens, quia nihil habebat, dicebat. 4 *comiter*] pulchre, ab eo quod est hic et haec comis. 9 *pulchre*] ironicos. 10 *non triumpho*] nonne glorior, si hoc malum evadam? *si nihil*] litotes *C.* 12 *Antipho*] secum. 14 *ni instigemus*] provocemus ad amaritudinem. 17 *contemplamini me*] respectum solatii praebete, quia, si ipsa perrexerit, pergam post ipsam, et amplius non videbitis meam faciem. *D.* 19 *pedetemptim*] sensim, paulatim, scil. age. 22 *salvos est*] postquam repperit consilium, ait. 25 *percara*] valde cara. *vilis est*] quantum apud me. 26 *lepidum*] dulce, iucundissimum. 28 *audacissime*] cum fiducia.

IV, 1.

Iam Chremete reverso de Lemno alloquitur eum Demipho. *DGEC.* nam pergente Chremete in Lemnum dixerat Demipho, ut filiam suam secum adduceret, quam habebat Lemni, ut daret eam Antiphoni, filio suo, uxorem, et nunc interrogat eum, si secum duceret eam. *DM.* 13 *extrario*] pro extraneo. 18 *spreverit*] odio habuerit. 19 *aliqua*]

24 valde] nimium *D.*

aliquatenus. 21 *meorum solus sum meus*] mearum rerum solus sum meae potestatis *DCM.* modo potestatem habeo agendi, quicquid voluero, de meis rebus. sed non ita erit, si uxor resciverit hoc de filia. *GE.* 23 *defetiscar*] desisto, deficiam.

IV, 2.

Revertens Geta a Phormione, ad quem ierat consilium capere de argento, secum loquebatur. 4 *dum*] adhuc *GE*, syllabica adiectio *D m. rec.* 10 *ulterior*] posterior senex, qui post illum graditur. *attat*] paventis *D m. r.* 11 *belua*] ad se ipsum loquitur.

IV, 3.

Expectabat Antipho Getam, qui perrexerat ad Phormionem, et dum expectaret loquens ⟨secum⟩, vidit patrem suum et Chremetem venientem *M.* 5 *volup*] delectatio. 6 *nova hic compluria*] nuntiata sunt *E.* 9 *circumiri*] circumveniri adulescentem, sicut Phormio decepit eum. 12 *ut abii*] iam incipit illos senes decipere. 18 *liberalis*] humanus. 20 *praecipitem hanc daret*] a se illam reiceret. 23 *exploratumst*] certumst, quod non possit vinci. 26 *non capitis etc.*] si excluserit illam, non capitalem sustinebit sententiam, licet pretium solvat. 30 *haec hinc facessat*] removeatur *C.* faciat dominus meus d . . . argentum *DE;* aliter: haec id est Phanium, hinc facessat id est a domo domini mei recedat, ut Virgilius: facessite . . . . id est discedite *D.* 31 *satin illi di sunt propitii*] numquid insanus est, qui talia loquitur? 32 *aequi bonique*] aequitatis et bonitatis. 33 *commutabitis*] contentiose. 37 *a primo*] primum. 39 *talentum magnum*] centum et viginti libras. maius addidit, ut minus monstraret. tria sunt genera talentorum, minimum est L, medium LXXII, maximum CXX librarum *[cf. Isid. XVI, 25, 22].* 40 *adeo*] certe. 47 *incommodum*] quod ei poterat evenire, si traderem

14 secum *addidi.* 23 d . . . argentum *om. E.* 33 *evenire*] contingere *D.*

illam ditiori, videlicet ne pauperem mulierem in servitutem redigeret. 49 *sed mihi etc.*] sed mihi necesse erat talem ducere uxorem, quae mihi causa dotis afferret, unde debita mea persolverem. 50 *qui*] quomodo. 56 *oppositus pignori*] in vadimonio positus *GE*, vadimonio datus *D*. 64 *inpuratus*] mendax. 72 *repudium*] reiectionem. 75 *fructum*] id est epexegesis *C*.

IV, 4.

Geta revertente de Demiphone et Chremete, quos deluserat detrudendo ab eis argentum, interrogabat eum Antipho ex hoc, quod eum cum patre audierat loqui. 1 *emunxi argento senes*] expressi, fraudulenter accepi; proverbium est et est hypallage, id est emunxi argentum a senibus. 5 *ad restim*] ad laqueum, ad impedimentum meum. 7 *exemplis*] tormentis. *em*] irascentis *E*. 9 *hoc ulcus*] hanc rationem, ironice *DE*. 15 *in nervom*] in stuporem, in mollitiem. 17 *excerpis*] subtrahis. 21 *vocandi*] amicos. 22 *interea*] dum nuptiae protelantur. 24 *postilla*] posteaquam a te discessi; aliter: postquam argentum accepi. 26 *in inpluvium*] per serenum vel etiam per rimas tecti. 27 *gallina cecinit*] in modum galli. *interdixit*] prohibuit.

IV, 5.

Chremetem alloquitur Demipho dicens se non daturum argentum sine testibus. 1 *ne quid verborum duit*] vel duit vel det *D*. ne quid mentiatur, ne verbis suis me decipiat. 2 *temere*] inconsiderate. 3 *ut cautus*] secum ita, ut dominus non audiret. 7 *conveniat hanc*] alloquatur puellam Antiphonis atque persuadeat, ut mulier ne exhorrescat Phormionem *C*. 8 *suscenseat*] praeiudicet, vel irascatur. 9 *familiarior*] propinquior. 11 *malum*] exclamatio. 12 *non satis est etc.*] animo gravi hoc dixit. 15 *illas*] uxorem meam et filiam, quae huc me a Lemno quaerere venerunt *C*.

---

9 Getam *M*. — revertentem *D*. — de *om. D*.

V, 1.

Sophrona, nutrix Phanii, metuens, ne forte pater illius ei malum inferret eo, quod filiam illius dedisset Antiphoni, loquebatur secum. 1 *quid agam — petam*] duo versus sunt *D.* 5 *nam quae*] secum, interruptio. *D.* 7 *in tuto foret*] in securo esset, ne fame periclitaretur *CGE*, ne meretricio operi serviret *DM.* 9 *quid ago*] secum, interruptio. 14 *istorsum*] in hanc partem. *sodes*] blandientis. 15 *appellassis*] pro appelles. 18 *perperam*] dolose, leviter. 19 *effutiretis*] mussitaretis, diffamaretis. *aliqua*] aliquando vel aliquatenus, aliquo modo *DE.* 20 *istoc*] cum isto nomine. 24 *male factum*] condolendo loquitur *D. egens*] pauper. *ignota*] advena *D.* 25 *ut potui*] prout mihi visum est, optime eam collocavi, id est prae egestate *D.* 29 *composito*] figmento, adverbium est. 30 *temere*] inconsiderate. 31 *offendi*] repperi, inveni. 32 *conlocatam*] nuptam, coniugatam *G*, coniunctam *E.* 36 *oppido*] valde. 37 *per deos*] adiuro *DE.*

V, 2.

Demipho dolens argentum, quod dedit Phormioni, dixit. 1 *nostrapte culpa*] nostra ipsa culpa. 3 *ne praeter causam*] ne sine culpa fugias, ne sine causa aliquid agas et ne excedas consilium bonum. 4 *ultro*] insuper. 5 *conficiat*] confingat. 6 *planissume*] fraudulenter *D.* 7 *ut*] quem admodum. *gesserimus*] pro gessimus. 14 *in praesentia*] in praesenti. *porro*] certe *D.* 15 *in eodum luto haesitas*] in eadem dubitatione. de se loquitur. *vorsuram solves*] id est versutiam, a consiliis inversis tractum, eversionem istius consilii senties vel sustinebis. *DEC.*

V, 3.

Demipho Nausistratam, uxorem fratris sui, alloquitur, ut Phanium conveniat, quatinus Antiphonem deserat. 3 *ad-*

---

28 a consiliis — tractum *om. EC.* consiliis] filiis *D.* 29 senties vel] solves sive *C.* 32 deserat] dimittat *EC.*

iuves] pro adiuta *D. ac re*] sicut in re ipsa, id est substantia. *DE.* 7 *statim*] leviter, facile. *quid praestat*] quantum praecellit. 9 *scilicet*] multum erat. 10 *parce sodes*] minus loquere, eius impetum compescit. 14 *ei*] interiectio dolentis. 15 *hanc*] Nausistratam ducimus ad ipsam *D.* 17 *uterque utrique est cordi*] invicem se diligunt. 19 *redi mecum in memoriam*] quid tecum locutus sim de alia uxore. 38 *illa filia amici nostri*] id est de tua, quae venit de Lemno, quam volebas, ut duceret Antipho. hoc propter Nausistratam sub persona amici dixit. *CE.*

V, 4.

Congratulabatur Antipho Phaedriae, quod amicam habiturus esset, ignorans adhuc causam suam. 1 *optigisse*] vel evenisse. 2 *scitum*] salubre, doctum. *in animo parare*] inducere. 4 *expedivit*] liberavit. 5 *turbis*] perturbationibus. 7 *ostenta*] pro ostensa, ostentata.

V, 5.

Phormio secum loquitur. 4 *ad potandum*] ad convivandum cum Phaedria. *sumam*] in meum otium. 5 *sed Phormio*] ad superiora respicit, ubi dicit: ubinam inveniam Getam. 11 *conficere*] expendere *DCE.* aliter confundere *D.*

V, 6.

1 *Geta*] secum. *Fors Fortuna*] felix eventus fortunae. *commoditatibus*] utilitatibus. 2 *onerastis*] cumulastis. 4 *umerum hunc onero*] accipiens pallium. 9 *pergit*] secum et ad se loquitur. *odio tuo*] tua infesta inclamatione. 10 *vapula*] vapulabo, si remansero *CEM,* si me amplius clamaveris *E;* vel vapulabis *C m. rec.* 12 *actutum*] velociter. 14 *sine controversia*] sine adversitate *DE.* 16 *delibutum*] repletum, perfusum. 22 *in gynaeceum*] ad locum mulierum. *Mida*] proprium nomen servi. 23 *resupinat*] reflectit ad se.

---

13 ignorans] norans *D.*

28 *animam compressi*] anhelitum, sicut solent auscultantes, ne audiantur. 30 *facinus*] facinus in bonum et in malum *CE.* opus, factum, facinus et in bonum et in malum *D.*

V, 7.

1 *Fortunam*] felicitatem *DM.* *de improviso*] subito *DM.* 3 *curam adimere argentariam*] qua dabo ei has triginta minas et auferam curam de argento. 5 *ingratis his*] nolentibus senibus. 6 *datum erit*] non auferetur mihi. 7 *gestus*] motus corporis.

V, 8.

4 *dilapidet*] dissipet distrahendo. 13 *idque*] propter id vel itaque *D.* 15 *posthabui*] contempsi, postposui. 20 *ferme*] id est prope vel certe. 24 *ore*] vultu. 25 *tum autem*] silenter. 29 *rescribi*] reddi per scripturam. 35 *repudium*] abiectionem. 36 *remiserim*] renuntiaverim. 39 *adeo*] valde. 40 *periclum*] experimentum, probationem. *ut filius etc.*] ironicos *C.* 44 *enim vero*] scil. vadam in ius *C.* *odiosi*] molesti, si perseveraveritis in duritia. 46 *patrocinari*] defendere. 48 *hic quandam*] hinc iam incipit denudare causam Chremetis de uxore. 61 *scrupulum*] molestiam. 70 *ulcisci*] ulciscor hunc id est vindictam sumo de illo. 71 *adfectant*] praeparant. 74 *cum*] pro quia. 76 *instigasti*] commovisti, dum coepisti repetere talentum. 82 *lacrimis si extillaveris*] si totum te miseris in lacrimas *D.* 85 *publicitus*] publice. 90 *enim nequeo*] voluit eum tenere. 96 *exculpe*] extrahe *D.*

V, 9.

Nausistrata, uxor Chremetis, audiens vocem Phormionis egrediens aiebat. 5 *friget*] prae timore. 12 *sedulo*] studiose. 13 *pro fratre*] ironicos. *at*] blandientis. 20 *actumst*] nihil sumus *DC.* 22 *distaedet*] valde taedet vel distestibus taedet me loqui. 23 *itiones*] itinera. 30 *scrupulus*]

19 hinc] hic *C.*

vel molestia, unde suspicio tibi poterat esse. 35 *nunc magis*] scil. quam tunc esset. 37 *exsequias*] sepulturam et mortem. 39 *infortunio*] mala fortuna. 40 *redeat sane*] ironicos. 59 *summus*] scil. amicus.

Hecyra.

Prologus I.

1. Haec fabula ab accidente nomen accepit. nomen huius fabulae est Hecyra. nam Hecyra non longe est ab Athenis, ubi haec acta sunt, et ab eo loco haec nomen accepit. potest etiam a socru nominari. nam ἑκυρά graece socrus dicitur. *DE. datast nova*] noviter recitata. 2 *vitium*] impedimentum, quando impedita non potuit recitari *DE. calamitas*] infortunium poetae *DCEM;* a verbo calvo, id est decipio, venit calamitas id est deceptio vel miseria *D.* 4 *stupidus*] attonitus. *in funambulo*] ubi per funem graditur; funambulus graece σχοινοβάτης dicitur. 5 *plane est pro nova*] quod prima vice nec secunda tota recitata est. 6 *noluit etc.*] id est non iterum ideo protulit eam, ut eam iterum vendat, sed ut utilitatem ferret populo eique placeret. 8 *quaeso*] ego Calliopius.

Prologus II.

3 *quo iure sum usus adulescentior*] id est: ut, sicut recitavi iuvenis, recitem et senex. loquitur ex persona Calliopii. *DCE.* vel aliter: sicut iuvenis Caecilii et aliorum comicorum fabulas turpiter neglegenterque reiectas iterum recitavi, ut tandem a populo spectarentur et in auctoritatem reciperentur, feci nunc ita senex, ut hanc exactam iam bis tandem cum silentio audiatis. *D.* 7 *earum exactus*] ab his

---

8 Hecyra] echira *libri.* 9 haec nomen] hoc nomen *E.* 10 etiam a socru] etiam et a socro *D.* 12 impedita] perdita *D*, praedita *E.* 16 scaenobates. 26 recitavi] recidantque *D.* 28 silentio] silendo *D.*

exclusus, reiectus; et est graeca figura, genetivus pro ablativo *D.* 10 *agere*] recitare. 12 *perfeci*] mea auctoritate et potestate. 25 *pugilum gloria*] delectatio vel admiratio. pugiles erant, qui cum caestibus dimicabant. 27 *comitum*] sociorum, mimorum. *strepitus*] saltatorum vel saltatricum. 30 *in experiundo ut essem*] ut probarem, si vellent eam audire. 33 *pugnant de loco*] ubi stent in theatro, id est de statione loci, volens unusquisque in eo stare loco, unde congruentius ludos possit videre. 35 *nunc*] modo, tertia vice. 37 *condecorandi*] ornandi. 38 *musicam*] metricam. 39 *recidere*] redire. 46 *circumventum*] deceptum. 47 *mea causa*] propter meam causam, qui recitator sum et quia poetam in meam accepi tutelam. 49 *pretio emptas meo*] id est beneficio meo et favore, quod impendo poetae.

I, 1.

Philotis sive Philotium meretrix loquitur cum Syra aliisque meretricibus de Pamphilo, qui dimissa Bacchide desponsavit Philumenam, filiam Phidippi. 3 *vel*] pro etiam *C.* vel sensum continet diminutionis *M.* 4 *quam sancte*] multum religiose. 8 *mutiles*] diminuas bona illius *D C E M.* mutilum pecus dicitur sine cornibus, mutilata vero res imminuta *D.* *quemque*] id est quemcumque amatorem. 12 *voluptatem*] desiderium *E.* 13 *amabo*] blandientis *C.* 14 *eandem*] similem, duram, incompositam. 15 *ulcisci adversarios*] vindictam sumere et poenam de adversariis.

I, 2.

Pamphilus certa causa ierat ultra mare in Imbrum insulam iussus a Lache, patre suo, et sperabatur iam reverti, unde Parmeno iit consideratum, si iam veniret ad litus. 4 *nullus*] pro non *D M,* pro non secundum Priscianum *E.* [*cf. Don. ad hunc loc.*] 5 *alias*] alio tempore. 8 *mecastor*] iuramentum. 11 *inhumanissimo*] avarissimo. 12 *biennium*

20 mutilum] mutinum *D.*

perpetuom] continuos duos annos. 13 *arbitror*] ironicos. 15 *contempsisse*] paenituisse. 19 *praefinito*] secundum praefinitum modum, statuto concesso tempore. 20 *commode*] convenienter. 27 *si in rem est Bacchidis*] si in utilitatem illius potest fieri. 32 *proferam*] publice. 39 *istic sum*] praesto sum, ut auscultem. 40 *cum maxime*] videlicet una pars *E.* 50 *ne utiquam*] non multum, nequaquam. 59 *cum isto odio*] cum ista importunitate sive molestia, quia filium coegisti aliam ducere quam Bacchidem. 64 *plus potis*] magis potens, id est magis continens, quam adolescens quilibet *DCM*, magis potens, aliter potus *E.* 67 *cupiens*] id est cupidus. nam hic nomen est, aliter genetivum non traheret *D.* 69 *seducit*] seorsum ducit. 70 *integra*] intacta. 74 *ludibrio haberi*] pro delusione. id est non debeo devirginare illam, quia perpetuo non sum ducturus uxorem. 78 *hoc ego*] redit ad verba Pamphili. *proferre*] publicare. 84 *procax*] dura. 88 *existumans*] componens et conformans, durum se praebendo Bacchidi et Philumenae benignum. 98 *eo*] ea re vel ad eum locum. 102 *compluscules*] complures [*E:* plures]. 109 *ad rem divinam*] sacrificium. 114 *visere*] visitare. 118 *quorsum*] ad quem eventum.

II, 1.

Laches, pater Pamphili, noscens Philumenam ad domum paternam regressam nimium iratus loquebatur putans, quod Sostrata pepulisset eam sua duritia. 2 *utin omnes*] omnes in malum studium sint intentae. 4 *adeo*] multum. 8 *hem*] irascentis. 10 *di mala prohibeant*] ut tu mecum diu vivas. 21 *ideo*] de vobis curam ago. *ut vos*] quales vos et habitus sumptusque vester erit *M.* 26 *aegritudo*] tristitia. 27 *concedens vobis*] permittens vobis potestatem in domo mea. *rei serviens*] id est substantiae nostrae congregandae. 37 *peccando detrimenti nihil fieri potest*] nam si illa Philumena peccaret, detrimentum foret, quia non deceret liberam puellam talia agere, quae tu fecisti. nam non est detri-

4 utilitatem] causam *D.* 8 quia] qua *C.*

mentum, quod nequam homo facit propter solitos mores. 41 *enim*] certe. *oppido*] valde. 43 *quin*] quae non. 45 *exigunt*] expellunt filii ipsi.

II, 2.

Phidippus, pater Philumenae, dum loqueretur cum ea, nescio qua de causa subito advenit Laches, pater Pamphili. 1 *meum ius*] meam potestatem. 5 *adprime*] maxime. 6 *facilitas*] lenitas. 7 *quod tu etc.*] ac si diceret: si dicioni tuae subderentur servi tui et voluntati tuae optemperarent, sicuti mei mihi faciunt, Philumena secundum tuum velle reverteretur. *EM.* 28 *aliud fortasse*] alii homini aliud vitii est. aliter aliis, ut sit generalis sententia *E.* 29 *hem*] irascentis. *Sostrata*] scil. hoc egit.

II, 3.

3 *noxiam*] culpam. 7 *multis modis*] in variis angustiis *EM.*

III, 1.

Revertens Pamphilus de Imbro ut comperit de uxore, coepit ita loqui. 2 *hancine ego vitam parsi perdere*] quare non mortuus sum? parsi pro peperci. parco facit parsi et peperci. 4 *praestabilius*] melius. *ubivis gentium*] apud quaslibet gentes. 7 *omne quod est etc.*] omne tempus, quod interest inter malum patratum et cognitionem illius, pro lucro habetur. 8 *at sit*] concessivum est. *expedias*] absolvas. 17 *expedivi*] absolvi, retraxi. 22 *obnoxius*] debitor. 27 *non maximas etc.*] id est licet inter eas maximae sint irae, non faciunt tamen maximas iniurias. *E.* 28 *saepe est*] evenit *CE.* quasi diceret: saepe evenit inter lenianimos, ut, cum loquuntur inter se de aliquibus rebus, irascatur unus, alius non irascatur eadem re, unde iratus unus erat, dum fomitem irae ferens factus est inimicissimus. ira est,

8 dicioni] dicitoni *E.* 28 *et* 29 irascatur] irascitur *E.*

quae cito transit, iracundia diu permanens. unde, si diu permanens, inimicitias secuntur. *E.* 32 *itidem*] similes. 33 *conciverit*] commoverit. 35 *trepidari etc.*] silenter dicit *E.* 38 *tace*] iste erat clamor, quo loquebatur Myrrhina cum filia sua. 45 *quonam modo etc.*] ingressus intro dicebat. *offendam affectam*] obviabo infirmitate gravatam. 47 *usus*] opus. 53 *tulisse*] intulisse. *comminiscentur*] excogitabunt. 54 *capiti atque aetati illorum*] maledicit illis: eveniat et augeatur illis, si hoc contra nos dixerunt *DM.* *qui*] quo modo. 55 *in crimen veniet*] de veneficio *E.*

III, 2.

Sostrata iterum veniens ad visitandum Philumenam loquitur secum, dum Parmeno ante ostium staret et planctus parturientis audiret. 3 *Aesculapi*] deus medicinae. *Salus*] dea salutis. 8 *bis facere stulte duco*] geminae stultitiae deservire iudico. 12 *cura*] sollicitudo. 14 *remittent*] laxabunt, dimiserint. 21 *tumulti*] antique. 23 *sodes*] blandientis. 24 *pueris*] qui veniunt de navi.

III, 3.

Pamphilus egrediens a Philumena, sciens eam parturire ignoransque stuprum, quod fecisset cum ea ebrius, loquitur secum. *EM.* 5 *me corripui*] inieci subito me. 6 *adfectam*] aegram. 8 *id*] ideo. 10 *fors*] eventus. 12 *recta*] pro recte vel recta via. 15 *res*] dolor parturitionis. *conqueri*] gemitus parturientis. 17 *percitus*] perculsus, commotus. 18 *accidit*] prosternitur. 20 *ut res dant sese*] si fuerit adversa, erimus humiles, si fuerit prospera, sublimiores animo. et propter Myrrhinam hoc dicit, quia, si ei fortuna prospera fuisset, non ad Pamphili genua provolveretur. 23 *vitium est oblatum*] stuprum est inlatum. 25 *orata*] preces. 26 *fors fortuna*] eventus fortuitus. 29 *amico*]

---

6 gravatam *EM*, aggravatam *D*, gravidam *C.* 16 deservire iudico] deservit iudicio *E*, deservit *D.* 20 Pamphilus] *om. E.* 21 ebrius *om. E.*

amicabili. 38 *abortum*] abortivum. 41 *contexeris*] cooperies. hactenus verba matris. 42 *certumst*] definitum est apud me. 43 *ne utiquam*] nequaquam. 48 *missum feci*] dimisi. 54 *ablegandus*] removendus, transmittendus in legationem.

III, 4.

Loquebatur Parmeno cum Sosia, qui fuerat cum Pamphilo ultra mare. 3 *re ipsa*] experimento. 5 *praeterieris*] transieris. 9 *usque*] semper, assidue. 10 *odiosum*] scil. est navigare. *haud clam me est*] non me latet. 10 *aufugerim*] pro aufugiam dominum meum. 12 *te causae impellebant leves*] propter leves causas dicebas te fugiturum. 18 *in arcem*] ad excelsam partem civitatis. 19 *Myconium*] ab insula Mycono. *conveni*] colloquere. 24 *vola*] pro curre citissime. 26 *caesius*] id est lenticulosus vel 15 rugatus a caesuris. 27 *cadaverosa*] similis cadaveri. 33 *tamen ut pietatem etc.*] propter amorem non est postponenda mater. 35 *attat*] expavescentis. 36 *horsum*] in hanc partem.

III, 5.

Laches loquebatur cum Phidippo, qui dixerat ideo non 20 redire Philumenam, quia filium eius Pamphilum expectabat. 4 *certum*] interruptio. *offirmare*] confirmare. *viam*] rationem. 8 *admodum*] valde modo *C.* 9 *voluptati obsequens*] prodigus. 16 *dic iussisse te*] silenter hoc ei dixit. 17 *fodere*] scil. latus. 21 *memorare*] antiqui pro me- 25 morari *C.* 24 *maxume aput te etc.*] maxime credulus ero apud te. 27 *quando*] quia. 33 *postputasse*] posthabuisse. 39 *miro*] fideli. 41 *fortunatior*] de rebus et divitiis. 42 *distrahit*] separat. 46 *pertinacia*] in malo perseverantia. 49 *adeo inhumanum*] tam durum. 54 *percontumax*] valde 30 superbus. 57 *sublati*] elati in superbiam.

2 diffinitum *DCE.* 14 Mycono] Miconia *DM, om. CE.* 15 pro curre] percurrere *libri.*

IV, 1.

Timens Myrrhina, mater Philumenae, quod Phidippus iam audisset vocem pueri vagientis, dicebat secum. 3 *corripuit sese*] intravit subito. 7 *se duxit*] secessit. 9 *vir ego tuos sim*] ironicos. *adeo*] certe. 11 *ludibrio*] delusioni. 12 *istuc patrem etc.*] irascendo. 17 *pervicaci*] pertinaci, duro. 19 *advorsum animi tui libidinem*] contra voluntatem animi tui malam. 24 *pernoctaret*] nocte foris cum meretrice esset. 28 *se quoque*] nedum meretrices. *oderit*] prae senectute. 30 *ratum*] firmum. 31 *res haec*] quia celasti puerum. 38 *humanum*] liberale et honestum. 40 *hominem*] verae fidei. *virum*] maritum. 46 *par*] dignum. 56 *tollam*] nutriam. 58 *quicquam*] vestimentum vel tale aliquid, per quod recognosceretur. *qui*] quomodo.

IV, 2.

Excusat se Sostrata apud filium non suae culpae fuisse, quod eius uxor reversa est ad domum maternam. 18 *satias*] satietas. 22 *causas*] occasiones. *praecidam*] excludam. 23 *morem gessero*] obsecundabo. 24 *quod male audit etc.*] maledicta, quae vulgares mulieres sustinent, quod omnes socrus oderunt nurus suas. 28 *uti esse ego etc.*] proba et modesta.

IV, 3.

Laches audivit cum Pamphilo Sostratam loquentem, stans ex adverso, et dicentem, quod dimitteret urbem et pergeret rus et cetera, et vadens ad eam laudat eam ex hac re *M.* 1 *procul*] prope, non longe. 2 *qui*] quomodo. 3 *quod*] videlicet. *idem hoc nunc si feceris*] si ab urbe exieris nunc, quod aliquando faciundum erit. 6 *dixi*] fixum est. 12 *nescias*] an concordes sint an discordes mater et Philumena, dum Philumena tecum in urbe, mater vero in rure mecum habitaverit *E.* neque scis, quod dicis, neque poteris agere, ut dicis. *DEC.* 16 *per tempus*] scil. oportunum.

---

33 ut] ita *DE.*

IV, 4.

Phidippus increpat filiam suam Philumenam, quod celaverit ei partum. 6 *hoc*] propter quod Philumenam nolo reducere. 8 *minus iam quo*] quominus, ut non. 11 *mutatio fit*] id est mutatur culpa a tua uxore ad meam. 12 *quam*] quantum. 21 *quid mulieris*] qualem mulierem, quam pessumam. 22 *moratam*] temperatam. 23 *celatos*] pro celari. 27 *alienus puer*] alterius filius. 28 *nulla consultatio*] nulla excusatio et argumentum. consultare est consilium capere. 41 *delincunt*] peccant. 46 *ridicule*] loqueris. 47 *scilicet*] graviter legendum *E.* 54 *quod*] propter quod. 61 *huc*] ad meam voluntatem. 72 *testem*] tuae libidinis. 80 *concludit*] angustat. 81 *quando*] siquidem. *promoveo parum*] proficio in mea ratione parum. 82 *tollent*] nutrient. 84 *hem*] irascendo. 87 *hoc*] ineptias istius et stultitiam. 89 *propterea*] quia tam durus est Pamphilus. 97 *eho puer*] vocat unum e pueris.

V, 1.

Perveniens puer, quem Laches miserat ad Bacchidem, rettulit ei, quod Laches mandabat. tunc inquit Bacchis *M.* 1 *de nihilo*] sine causa. 4 *satius*] melius. 6 *non nihil*] sed aliquid vel multum. 9 *quaesti*] lucri meretricis, meretricationis. 9 *tutor*] dispono. 12 *adcuro*] provideo. 14 *offerre*] pro inferre. 15 *de istac re*] quod tam leniter me alloqueris. 19 *mane*] voluit illa interloqui. 21 *hoc animo erit aetatem*] perseverabit in meretrices. *ista aetate*] iuvenili, ac per hoc quaere tibi virum, qui te non deserat. 27 *lepida*] honesta, iucunda. 29 *exple animum eis*] satisfac animo illorum. 31 *se ostenderet*] se excusaret. 33 *leviorem*] viliorem. 35 *facilem*] lenem. 38 *ut sis porro*] ut perseveres in tua promissione. 39 *aliter si facies*] affligeris, et est eclipsis.

---

9 consultare] consulare *DE.* 15 nutrient] nutriunt *DE.* 16 *stultitiam*] duritiam *C.*

V, 2.

Phidippus alloquitur nutricem pueruli Philumenae. 2 *defieri*] deesse. 5 *deierat*] iurat. 10 *quod aliae meretrices facere fugitant*] ut suis amatoribus uxores concilient. 12 *in re ipsa*] in ipsa veritate. 16 *discidio*] separatione. 17 *quod satis sit, faciet*] id est satisfaciet eis. 29 *dispendio*] damno. 31 *rem*] familiaritatem.

V, 3.

Parmeno servus dure ferens, quod frustra eum in arcem direxerat Pamphilus, revertitur dicens secum. 2 *desedi*] perdidi. 5 *dum*] adhuc. 10 *propere*] velociter. 12 *desinas*] pro desine. 22 *exsolvi*] liberavi. 24 *nocte prima*] prima vigilia noctis *C.* 27 *obsecro*] blandientis. 39 *comi*] apto et eleganti sive venusto.

V, 4.

Parmenonem alloquitur Pamphilus de his, quae ei mandaverat Bacchis per ipsum. 2 *conicias*] immittas. 12 *ab orco*] ab inferno, a maxima tristitia. *in lucem*] in laetitiam. 17 *volup*] delectabiliter. 19 *voluptati*] delectationi. *obitus*] occursus. 21 *blandior*] suavior. 24 *perliberalis*] honestissima. 26 *in comediis*] in comessationibus [*cf. var. lect. DP*]. 32 *ex sententia*] ex voto. 38 *an temere etc.*] an facerem aliquid, quod non rectum et peritum sit? omnia enim perite facio *M.* [*cf. var. lect. F.*]

Adelphi.

Argumentum.

4 *Lepore*] pulchritudine. *duro*] crudeli. *tristi*] aspero. 7 *lenoni*] conciliatori stupri. *eripuit*] vi abstulit et dedit fratri suo.

---

14 eleganti] eloquenti *DM.*

Prologus.

1 *Postquam poeta etc.*] more suo in prologo malevolis respondit poetis, qui eius scripturam reprehendere nitebantur, et loquitur de se quasi de alio *GE;* quod in aliis prologis executus est, hoc etiam in isto, ut scilicet perfidis respondere posset *DM.* 2 *iniquis*] aemulis. *observari*] callide reprehendi. 3 *rapere*] interpretari. 4 *indicio de se ipse erit*] quasi indicium de se ipse praebebit *CGE,* ipse de se indicium et manifestationem faciet *DM.* 6 *synapothnescontes*] commorientes, nomen proprium est. συναποθνήσκω graece est, latine commorior. inde participium συναποθνήσκων, id est commoriens *D.* Diphilus graecus comoedus fuit, qui scripsit fabulam, quam appellavit synapothnescontes, quae latine sonat commorientes. 7 *fecit*] transtulit. 10 *integrum*] intactum, nihil inde dicens. 11 *in adelphos*] id est in causam duorum fratrum; nam adelphoe dicuntur germani fratres. *extulit*] transtulit. 14 *reprehensum*] reiteratum. 20 *in negotio*] negotium dicitur quasi nec otium, in coeptione enim nullum inest otium *GE.* 21 *sine superbia*] qui suas dignitates sine superbia administraverunt. 22 *ne expectetis*] in comoediis enim non narrantur res gestae, sed personae loquentes inter se ipsam fabulam agunt. 24 *facite*] scil. vestro favore vel alacritate *CG.*

I, 1.

Demea duos filios habuit, quorum unum commendavit fratri suo Micioni ad nutriendum, qui vocabatur Aeschinus. servus autem Micionis erat Storax *DC.* Datur intellegi Aeschinum, filium Demeae, quem patruus eius Micio nutriebat, ad cenam isse, sed non revertebatur hora constituta. quapropter misit servos suos, ut irent ei obviam. sed dum omnes morarentur redire pariter cum Aeschino, vocavit

---

7 reprehendi] deprehendi *CG.* 11 synanoTHISNOME gr. est lat. *D.* 12 synanotNISconi *D.* Difilus *D,* contesdifilus *CGEM.* 13 scripsit] composuit] *CGE.* 14 synapothnescontes *D,* sinapothnes *cet.* 21 enim *om. E.*

servum alium, qui vocatur Storax, et loqui coepit cum eo *GE.* 1 *Storax*] Storax in hoc loco nomen proprium est servi Micionis. alias vero nomen est ligni, unde legimus storacinam virgam. in divina vero scriptura [*Gen. 43, 11*] esse legimus, ubi Iacob filio suo dicit: sume tibi stacten et stiracem et cetera. storax itaque lignum est, cuius resina stirax vocatur *GE.* 2 *adversum*] obviam illi. 3 *si absis uspiam*] si es ab uxore remotus in aliquo loco et aliquamdiu ibi moraris, illa subito affirmat omnia prospere evenisse et te idcirco illic tam diu morari *DM.* 6 *parentes propitii*] scil. dicunt timentes aliquod malum, si cesses, evenisse. 8 *animo obsequi*] laetari. 9 *tibi bene esse*] quasi amatori *D.* 10 *ego*] ex parentum persona loquitur *D. quae*] quanta. 11 *alserit*] subito mortuus fuerit. 13 *vah*] interiectio dolentis. 14 *parere*] gignere, vel parare *G.* 15 *atque*] certe *D.* 17 *clementem*] suavem vitam contrariam rurestri. 22 *inde*] ex illis duobus *D.* 23 *eduxi*] nutrivi *DM. me oblecto*] quiesco *DM.* 26 *praetermitto*] indulgeo. 27 *pro meo iure*] secundum meam potestatem. *agere*] redarguere illum severe. 32 *pudore*] modestia *CG*, pudore verborum, quasi diceret increpatione *D. liberalitate*] benignitate et largitate. 33 *metu*] timore et asperitate. 37 *sumptus suggeris*] expensas subministras. 38 *vestitu nimio indulges*] ornas illum ultra modum *DG. ineptus es*] insulsus es in hac parte. 41 *gravius*] sapientius vel fortius. 42 *vi quod fit*] timore quod exigitur. 44 *malo*] timore vel poena. 45 *tantisper*] tam diu. 48 *par referre*] beneficium rependere bene vivendo *C.* 49 *patrium*] paterni iuris. 51 *hoc pater ac dominus interest*] videlicet quia pater per amorem filium nutrit, dominus per timorem servum cogit.

Gl. 414.

I, 2.

Audiens Demea, quod filius eius Aeschinus, quem fratri commendaverat, fores alienas effregisset et inde mulierem extraxisset flagellato eius domino, nimium commotus venit

1 alium *om. E.* 2 nomen *om. GE.* 5 stacten *om. G*, stacte *E.* 33 alienas *om. G.*

ad fratrem suum Micionem querelans de hoc. 4 *quid ille fecerit*] irascendo *G.* 7 *dissignavit*] ostendit, id est quam famam sibi fecit publice. dissignare est aperire. 10 *mulcavit*] id est flagellavit. 33 *optundas*] fatiges. 37 *olet unguenta*] mos erat apud antiquos, ut luxuriosi ungerent se. 41 *est dis gratia*] gratias ago dis. 47 *consulis*] provides illi. 54 *profundat*] prodige expendat. 61 *nec nihil*] litotes, id est aliquid valent, quae dixit, sed non omnia haec sunt, id est non omnia valent. 63 *homo*] frater meus. 64 *cum placo*] cum volo illum mitigare. *advorsor sedulo*] sic ei videtur. 66 *adiutor*] provocator, incentor. 72 *defervisse*] refriguisse *CM,* refrigerasse *D inter lin.,* refriguisse vel refrixisse *D in marg.*

II, 1.

Sannio iste erat leno, qui dum privaretur meretrice sua ab Aeschino, clamabat, ut ferrent ei populares opem. 5 *quamquam etc.*] datur intellegi, quod Parmeno voluit eum percutere. sed prohibuit eum Aeschinus dicens: quamquam est etc., id est licet Sannio stultus sit, non committet hodie, iterum ut vapulet, id est non repugnabit amplius. 11 *vestra haec*] verba, quae dicitis postea. *iusiurandum etc.*] hoc dices *CG. te esse indignum*] ut mihi hanc iniuriam faceres *DM.* 12 *acceptus*] tractatus. 15 *propter*] iuxta. 17 *in mala*] in maxilla eius. 19 *o miserum facinus*] hic dedit ei alapam. *geminabit*] tibi Parmeno colaphum. κολάπτειν dicunt Graeci cudere vel percutere. inde colaphus dicitur incussio colli. 22 *ex tuis virtutibus*] ironicos *C.* 29 *inpurum*] inhonestum, qui liberum hominem minatur adstringi loris. lorum dicitur genus verberis, id est corrigia. hinc et lorica dicitur, quia antiqui ex loris munimentum pectoris faciunt. 30 *debacchatus es*] insanisti. 33 *vah*] irridendo. 34 *pernicies communis adulescentium*] quia adulescentibus concilio stupra [*DM add:* et illorum

15 Sannia *DGE*, Sannias *C.* 18 sed *om. E.* 19 est — id est *om. E.* 20 iterum *om. E.* 29 corrigiata *D.*

substantiam mihi vindicabo]. 35 *pestis*] quia illorum bona devoro. 40 *adsero*] sancio illam liberam esse, id est affirmo vel in libertatem vindico; inde assertores *D.* 45 *infregit*] inpinxit *G*, imposuit *DM.* 49 *faciet*] adducet *DM.* 50 *somnium*] vanum est, quod dico *DM.* 51 *id*] procrastinationem [*DM add.:* et dilatationem]. 52 *quando occeperis*] apostropham facit ad se ipsum *G.*

II, 2.

Syrus, servus Micionis, videns sollicitari Aeschinum, dominum suum, de hoc, quod lenoni fecerat, ait illi. 5 *usque*] multum *C.* 6 *morem gestum*] morem gerere et consentire. 11 *spem*] recipiendae mercedis. *non emo*] sed ea, quae in praesentia sunt, volo emere. 12 *inescare*] attrahere et conducere tibi sicut pisces. 15 *tibi sint*] scil. redditae, ita sis contentus. 16 *praeterea autem te aiunt etc.*] Sannio leno emerat puellas et quaedam alia et volebat proficisci Cyprum, ut ea ibi venderet. cogitabat autem hoc ita se silenter acturum, ut nemo nosceret. callide ergo comprehendit illum Syrus dicens: cum redieris, fortassis recipies argentum pro hac tamen puella. interim praestolaberis *GE.* 19 *perii*] secum *E. timet*] secum *E.* 20 *scrupulum*] dubitationem. 21 *in ipso articulo*] in brevi tempore et initio sermonis *D*, in initio rei *CG.* 24 *actum agam*] finitum faciam et perditum *CG*, perdam finitum *D.* 26 *cur passus*] scil. es, perdere argentum tuum. 27 *tum*] cum rediero de mercatu *D.* 30 *oppressionem*] violentiam. 31 *labascit*] victus est *GC*, iam deficit animo *DM.* 34 *conradet*] contrahet et coadunabit. 37 *tuber*] inflatum, pro tuberosum. 38 *defraudat*] pro defraudabit *C.* fraudo, fraudas, inde componitur defrudo, defrudas. inde defrutum vinum dicimus coctum. *GE.* 44 *sed Ctesiphonem*] Ctesipho frater iunior erat Aeschini, ad cuius opus Aeschinus rapuerat puellam. quem videre se dicit Syrus laetum ex amica sibi data.

---

3 vindico] vendico *C.* 26 mercatu] mergato *D.* 30 defrudas] defrudis *GE.*

II, 3.

1. *Ctesipho*] secum. *abs quivis*] a quolibet. 2 *iuvat*] delectat. 9 *postputarit*] postposuit.

II, 4.

Egrediens domo Aeschinus interrogat, ubinam esset Sannio, volens eum terrere, sed statim obvians fratrem suum Ctesiphonem exorsus est cum eo loqui. 5 *coram*] in praesentia lenonis. repressit enim se ipsum de laude fratris propter lenonem, qui astabat. *in os*] in praesentia tua. 6 *adsentandi*] causa adulandi. 7 *age inepte*] tace stulte. 12 *Aeschinus*] loquitur ad Syrum. 14 *Sannio*] in aurem loquitur. 17 *heus*] adverbium vocantis *G.* 19 *aliqua*] aliquo modo, per aliquam occasionem. *permanet*] perveniat, ab eo quod est mano, id est curro ac duco, unde permano, as, at. 21 *lectulos*] ad prandium more antiquo. 23 *quando*] siquidem vel quia. *hilarem sumamus*] in laetitia transducamus. *G.*

III, 1.

Sostrata ista fuerat uxor Simuli et mater erat Pamphilae, quam Aeschinus impraegnatam habebat. Canthara autem nutrix erat Pamphilae, licet Sostrata suam eam vocet nutricem. appropinquante ergo hora parturitionis Pamphilae interrogabat Sostrata nutricem suam, quod modo fieret de imminente partu, cum neque obstetrix adesset neque quem mitteret ad Aeschinum accersendum haberet *GE.* Incipit modo alia res, de illa videlicet Pamphila, quae erat filia Sostratae, quam Aeschinus amabat et quam impraegnatam iam habebat. Sostrata videns filiam suam appropinquare partui alloquitur nutricem Pamphilae suae quasi suam Cantharam. 9 *vitium oblatum*] stuprum peractum. 10 *tali*] nobili. *ex tanta familia*] ex tam nobili progenie.

---

21 eam vocet] evocet *GE.* 25 Aeschinum] cum *GE.*

III, 2.

Geta, servus Sostratae et Pamphilae, audiens, quod Aeschinus puellam lenonis rapuisset, putavit, quod ad suum opus eam tulisset, et condolebat nimium timens, quod Sostratam, dominam suam, et Pamphilam, filiam eius, pro nihilo deinceps duceret, qui magnum auxilium eis praebebat propter Pamphilam, quam amabat *GE.* Geta, servus Sostratae, ad dominam suam ⟨pergebat⟩ iam sciens, qualiter Aeschinus rapuerat alteram feminam, et timens et sperans, quasi sui ad opus hoc fecisset Aeschinus, dicebat secum iratus multum *DM.* 1 *illud*] scil. tempus. 4 *circumvallant*] me et dominam meam circumdant. 5 *vis*] illata ab Aeschino. *solitudo*] quia sine amatore erit domina. *infamia*] malum nomen vel stuprum. 7 *me miseram*] interruptio. 8 *fides*] quam promisit non aliam se ducturum. *iusiurandum*] quod iuraverat dominae meae, ne ab ea discederet. 11 *satis*] bene. 18 *sublimem*] a terra suspensum *D. capite primum*] inverso corpore. 22 *impertire*] participem facere, ut ipsa resciscat. impertio te *ὑπαλλαγή* potest esse, ut dicatur: sed cesso hoc malum impertire erae. 25 *ei mihi*] exanimati hominis exprimit gestum. 37 *prospice*] consule. 39 *proferendum*] publicandum. 41 *infitias ibit*] id est in negationes ibit ac per hoc negabit a se factum. 49 *si infitias ibit*] si negaverit se violasse filiam meam. *anulus*] quo desponsavit eam vel quem amiserat, cum eam opprimeret. 52 *experiar*] probabo iudicio. *quid istic*] certe, pars affirmantis. 54 *summus*] scil. amicus. *coluit*] dilexit.

III, 3.

Demea audiens filium suum Ctesiphonem participem fuisse rapinae in haec verba prorupit *DCM.* Demea audiens filium suum Ctesiphonem participem esse in raptu puellulae cum Aeschino, fratre suo, nimium doluit. tamen ignorabat,

---

8 pergebat] *addidi.* 9 et *ante* timens *om. DM.* 21 exanimati] exanhelati *DEM.*

quod ad ipsius Ctesiphonis opus rapta esset, et in haec verba prorupit *G E.* 1 *disperii*] valde perii. 4 *alicui rei*] alicuius bonitatis, quia Ctesipho, filius meus, habet aliquid secum boni in se *D M.* 5 *in ganneum*] in lupanar. 10 *omnem rem*] omnem rem, quam fecerant Aeschinus et Syrus in raptu, narraverunt Micioni (ac ideo loquebatur secum Syrus,) dum iret cum sociis suis ad forum emere pisces. nam ipse Syrus erat magister coquorum domini sui *D C M.* Aeschinus et Parmeno atque Syrus narrantes Micioni, patruo eius, quid egissent in raptu puellae, leviter accipit hoc et iocose. unde dum servus Syrus de hoc secum gratularetur, audiebat illum Demea nimiumque irascebatur, et cum coepisset loqui Demea cum Syro, coepit iterum Syrus se fingere et ficta loquendo illum decipere *G E.* 11 *enarramus*] pro enarravimus. 13 *hominis*] fratris mei, qui de hoc gavisus est. 15 *disrumpor*] iracundia. 16 *in sumptum*] in expensam nostram. 17 *id distributum*] argentum, quod ipse dedit, ut inde pisces emerentur, dispensatum est. *ex sententia*] ex voluntate nostra. 18 *si quid recte*] ironicos. 22 *absurda*] ad audiendum. 22 *pisces etc.*] convertit se ad Dromonem. *purga*] praepara. 23 *congrum*] anguillam marinam. 24 *exossabitur*] minutatim per partes caedetur. 26 *salsamenta*] carnes sale conditas. 31 *o Demea*] adulando. 32 *ante pedes*] in praesentia. 34 *psaltria*] nomen meretricis, quam rapuerat; ab officio sic vocabatur. 35 *credo*] adulando. 36 *inepta lenitas*] stulta mansuetudo. 37 *facilitas*] licentia. 41 *futtilis*] nihil retinens *G*, vanus *D. somnium*] vanitas *C G.* 43 *prius olfecissem*] praescirem. *coeperet*] coepisset. 44 *vigilantiam*] industriam. 47 *iam dudum etc.*] deludebat eum his omnibus. 48 *o qui*] ridendo. *produxi*] illum deduxi rus. 57 *hui*] quasi diceret: nimium laudas eum *D M.* 58 *phy*] interiectio admirantis. 59 *fit*] id est docetur a me. 64 *vitio datur*] pro vitio reputatur. 65 *porro autem*] volebat iterum aliud dicere de filio.

1 et *om. G.* 5 fecerat *D.* 6 ideo] post *C.* 7 dum iret — sui *om. C.* 8 quoquorum *M.*

66 *ex sententia*] ex voto. 67 *cautiost*] cavendum est. 74 *in patinas*] a me paratas scutellas. 78 *numquid vis*] amplius mihi dicere. 81 *quando*] quia. *quam ob rem*] propter quem. 85 *tribulis*] ex nostra tribu. tribulus secundae declinationis de spina corripitur bu syllaba, tribulis de origine producitur bu syllaba et est tertiae declinationis *DM. satis*] bene. *vah*] exultantis. 86 *iam inde a puero*] epexegesis.

III, 4.

Geta veniente cum Hegione, quem adducebat, sermocinabatur de hoc facto dicens derelictam dominam suam ab Aeschino. 3 *inliberale*] inhonestum et inhumanum. *o Aeschine*] alloquitur Aeschinum absentem quasi praesentem. 4 *haud paternum istuc dedisti*] non patrissasti, non more patris egisti. *videlicet*] certe. 28 *ignotumst*] indultum est illi a matre virginis. 30 *ille bonus vir*] ironicos. 31 *quicum*] cum qua *C.* 33 *ipsa virgo*] scil. in medio, id est in publico est. *res ipsa*] quia praegnans est. 39 *pudet*] secum. 40 *intus*] clamabat parturiens Pamphila. *differor*] crucior, distrahor. 44 *voluntate impetret*] ut voluntate fiant a vobis, quae lex poscit *DM.* 45 *vobis decet*] antiqui dixerunt. 61 *Getа*] respexit ad Getam *E.* 63 *defunctum*] finitum.

III, 5.

Ingressus Hegio ad Sostratam ait. 1 *quod*] quantum. 4 *si est etc.*] si nobilitatem suam adimpleverit.

IV, 1.

Erat Ctesipho intus in domo Micionis cum psaltria, quando Demea venit ad ostium. 17 *calleo*] scio et callide provideo. 21 *tibi autem*] provide.

---

11 dicens — Aeschino *om. CGE.* 23 finitum] diffinitum *DM.*

IV, 2.

5 *decernere*] diudicare, quare hoc mihi malum contigerit. 8 *obnuntio*] contraria nuntio. 10 *Ctesipho*] audiens patrem suum appropinquantem domui *DM.* 15 *non hercle*] lugendo *G.* fallere volens Syrus Demeam hoc loquebatur, quasi Ctesipho percussisset eum *DCM.* 17 *gannit*] vana loquitur. 20 *usque*] valde. 23 *non puduisse*] suspense *DM.* 24 *tantillum*] parvulum. 25 *patrissas*] patrem imitaris, more patris agis. alloquitur absentem quasi praesentem. 27 *perquam*] valde fortiter fecit. 32 *diminuetur*] frangetur. 35 *praeterito*] pertransi. 36 *clivos*] descensus *DM.* 37 *ad hanc manum*] innuit ei cum manu *DM. sacellum*] parvum sacrum *C*, sacer locus *EM. angiportum*] neutri generis. angiportus est stricta et recta via ducens ad portum *DM.* 38 *caprificus*] arbor caprarum id est caprifolium. 40 *censen hominem me esse*] si enim homo essem et non lapis ac per hoc stultus, non me hoc falleret. 43 *ad Dianae*] scil. templum. 45 *pistrilla*] pistrinum. *fabrica*] officina fabri carpentarii. 46 *in sole*] dum calidus est sol et in calore est, id est dum est dies *DM*, in aestate *G. iligneis*] id est, qui habeant pedes ex ilice. 48 *i sane*] silenter hoc dixit. *silicernium*] vetulum et curvum, quasi silices sepulcrorum iam intendentem, et est masculini generis *DM* [*cf. Fulg. serm. ant. S*]; senex homo, qui se non potest erigere *G.* 49 *odiose*] fastidiose. 52 *cyathos*] staupos. *sorbilans*] sorbendo bibens.

IV, 3.

Dum Hegio laudaret Micionem omnia honeste iudicare missus a Sostrata, haec ei respondit. 4 *expostulant*] id est: qui hoc invidiosum putant, si, quos ipsi priores ultro laeserant, iniuriae vindictam ab eis expostulant. aliter: id est qui dedignantur ultro expostulare, id est satis faciendo placare et accusare, quam ipsi fecerunt iniuriam. id quia non facio, non iure laudor. 16 *inpotentiam*] paupertatem.

34 non *om. DE.*

IV, 4.

Aeschinus comperiens tristari Sostratam et filiam eius, quasi ipse conaretur eam abicere, in haec verba prorupit. 1 *discrucior animi*] valde crucior in animo. 13 *dedisti verba*] mentitus fuisti *DM*, dare verba est illudere et mentiri *C*. *frustrata est*] decepit. 15 *reprehendi*] repressi *DC*, compressi *G*. 16 *garrulae*] lenae, insipienti. 18 *efferri*] palam fieri *DM*, publicare *CG*. *age mitto*] se ipsum hortatur. *ne qua*] in nullam partem. 21 *adeo*] multum. 23 *cessatum*] neglectum. *nunc porro*] semet ipsum hortatur. 24 *primum*] optimum. 25 *occipio*] incipio. 26 *heus*] vocat aliquem. *aperite aliquis*] figurata locutio, pluralis numerus iunctus cum singulari. *actutum*] celeriter *C*, cito *G*, statim, celeriter, adverbium temporis *D*.

IV, 5.

Micio Sostratam iam certam reddiderat, quod Aeschinus Pamphilam duceret, simulque hortabatur illam parare ea, quae ad nuptias pertinent. 2 *acta*] diffinita inter te et me *DM*. 4 *pepulisti*] impulisti *D*. 5 *tacet etc.*] secum loquebatur Micio quaedam, quae illo audiente nolebat proferre. 7 *nihil mihi*] hoc dixit alta voce. 9 *erubuit*] secum. *sodes*] socie. ut quidam volunt, sodes comicum verbum est habens sensum blandientis. 16 *orba patre*] pupilla. 23 *commenta*] pro commentata, excogitavit. 26 *postea*] demum, novissime. 30 *inliberaliter*] inhumane, non nobiliter. 33 *misere*] tenere. 44 *quid nostra*] interest, quid ad nos pertinet. 45 *Aeschine*] adulando *G*. 50 *indiligens*] neglegens, unde diligens studiosus in alterius causis. 52 *non ius fuerat tangere*] absque consensu parentum. 56 *qua*] quo modo. 57 *dubitas*] manifestare. 61 *socordem*] neglegentem, incautum. 64 *misere*] affectuose. 74 *qui*] quo modo. 76 *sua commoditate*] suo beneficio.

---

29 alterius] alteris *DM*. 31 *ad vocem* dubitas *videtur referendum schol. Bemb.* „absolute habet".

IV, 6.

Demea revertens ab inquisitione fratris sui delusus ab Syro secum loquebatur. 1 *ambulando*] dum quaero fratrem meum. *ut*] utinam. 3 *perreptavi*] circuivi vel ascendi. 6 *obsidere*] me expectare. *usque*] tam diu.

IV, 7.

2 *Te iam dudum quaero*] ad superiora pertinet. 3 *fero*] nuntio tibi. 4 *boni*] ironicos. *ecce autem*] aliquid novi audiam. 5 *capitalia*] mortifera. 6 *somnias*] vane aestimas, nihil enim vanius somnio. 9 *malim quidem*] illum hoc agere quam insanire *DM.* 10 *nihil habet*] non est dotata. 12 *futurumst*] faciendum est. 16 *quin*] insuper, etiam. 21 *ita vitast*] dubia, periculosa. *tesseris*] locus tabularum aleae *CGE*, tabulis *DM.* 22 *si illud etc.*] aut unum vel duo puncta tesserarum *DM.* 24 *corrector*] emendator bone, ironicos. 34 *inter eas*] puellas, id est puellis cantantibus. *probe*] ironicos. 42 *sumptuosa*] prodiga. 43 *Salus*] dea salutis.

V, 1.

Syrus satur effectus egreditur foras laetus dicens ad semet ipsum. 1 *Syrisce*] more Syri ac per hoc meo, sicut solitus sum. 2 *laute*] pulchre. 4 *pro*] exclamative. *illud etc.*] audiens Demea, quod loquebatur, dixit ironicos. 8 *dis*] dives. 12 *potasti*] multum bibisti. 13 *Syrus*] secum loquitur. *huc exitum*] ut iste me videret.

V, 2.

Exiens Dromo, servus Ctesiphonis, a domo illa, a qua Syrus exierat, vocabat eum intellexitque Demea, quia Ctesipho vocabat eum *DM.* 4 *parasitaster*] parvus parasitus. *paululus*] parvulus. 5 *quid agis*] tunc voluit tenere illum.

---

7 pertinet] respondet *DM.* 13 locus] *an* lusus? 15 puncta] puncti *DM.*

6 *mastigia*] mastix graece, latine dicitur corrigia, qua Syrus volebat impedire Demeam. 8 *haud sane commodum*] id est non sum commodus et temperatus conviva; vino enim gravabatur et cibo. aliter: commessatorem haud sane commodum habemus, scil. Demeam, praesertim id est maxime Ctesiphoni. et ibi distingue. quid ego nunc agam aliud nisi, dum hae silescunt turbae, interea in angulum abeam *D.* 10 *turbae*] turbationes. 11 *hoc villi*] tantum vini, quantum bibi.

V, 3.

2 *Quisnam a me pepulit*] pulsavit. frater suus Demea exiens iratus a domo illius propter filium Ctesiphonem, quem invenit potantem cum psaltria, pepulit fortiter fores. unde ait iste Micio: quis pepulit fores? *DM.* 4 *o caelum*] dixit iracunde. 5 *id*] ob hoc. 10 *putemus*] discutiamus. 11 *adeo*] certe. 17 *verbum*] proverbium. 19 *facete*] pulchre, ironicos. 21 *sumptum*] nota figuratam locutionem. 23 *pro re tollebas tua*] nutriebas secundum tuum posse. 34 *mitto rem*] id est substantiam omitto, cuius iactura facilis est ad comparationem consuetudinis, id est luxuriae eorum, quam vix humane patior. et est interruptio mane. 35 *istuc ibam*] istuc volebam dicere. 36 *coniectura fit*] probari potest, quales sint futuri. 41 *in loco*] oportune, ubi necesse est. 42 *scire est*] scire possibile est. *liberum*] naturale vel nobile. 43 *quovis illos tu die*] id est quocumque volueris ⟨die⟩. aliter: quovis illos studio *D.* 45 *omissiores*] nimium prodigi, lasciviores et dissipatores. 48 *attentiores*] avidiores. 49 *quod*] ad quam rem. *ne*] scil. vide. 50 *bonae*] ironicos. 53 *exporge frontem*] exhilara, extende rugas *DCM;* commascula frontem, id est virgineam faciem reice a te et recipe virilem *DG.* 56 *hilarum*] pro hilarem. 60 *pollinis*] genus farinae. 64 *nunc mihi videre sapere*] ironicos.

---

8 quantum] quod *D.* 26 die *addidi.*

V, 4.

Dolet Demea, quod durus erga filios nimium fuerit, et simulat se lenem. 4 *prima*] maxima et optima. *in experiundo*] in probando. 7 *facilitate*] lenitate. 10 *nulli laedere os*] in praesentia. 12 *truculentus*] crudelis. *tenax*] avarus. 16 *exacta*] consumpta. *fructi*] pro fructus. 22 *paulo sumptu*] modica expensa. 23 *age*] hortatur semet ipsum. 27 *qui sum natu maxumus*] qui sum vicinus morti.

V, 5.

3 *Demea*] secum. *optimest*] dictum a me. 4 *praeter naturam*] praeter consuetudinem, quia non solitus sum bene molliterque respondere. 5 *servom*] palam. 6 *atqui*] certe.

V, 6.

Geta servus dominam suam alloquitur Sostratam. 1 *ad hos*] Micionem et alios. 5 *spectatus*] probabilis, carissimus. 8 *meditor etc.*] secum. 10 *paulatim*] pedetemptim, summatim. *primulum*] primum.

V, 7.

1 *Sanctas*] religiosas. 7 *hymenaeum*] carmen nuptiale. 13 *lepidissime*] suavissime. *euge*] secum. congratulantis est. 17 *Babylo*] servus meus *DE*, nomen servi Babylo *E*. 22 *sic opinor*] bene esse, ut cum familia nostra sint. *multo rectiust*] ut per dirutam maceriam viridiarii veniant.

V, 8.

Videns Micio dirutam maceriam inquit. 1 *iubet frater*] scil. dirui maceriam. 7 *natu grandior*] vetula est. 11 *ineptis*] stulte agis. *si tu*] vertit se ad filium suum. 14 *da veniam filio*] fac, quod petit. 20 *prolixe*] iocunde.

19 nuptiale] nuptiarum *CGE*.

26 *locitas*] locas ac per hoc mercede donas. 35 *suo sibi gladio*] secum. suo exemplo eum castigo.

V, 9.

1 *Factumst*] diruta est maceria. 2 *frugi*] utilis *G*, sapiens *C*. 7 *res apparet*] ironicos *G*. *porro haec*] distinctio *D*. 11 *alii*] servi tui audientes huius remunerationem *DM*. 16 *Phrygiam*] proprium nomen uxoris Syri. 19 *emitti*] id est manu mitti ac per hoc liberam fieri, et est verbum iuris. 28 *proluvium*] proluvium est effusio sordium et ponitur pro largitate *DCM;* dapsilitas *G*. 29 *festivum*] iocundum *DM*, lepidum patrem *G*. 30 *ex vera vita*] ex bona consuetudine. 31 *adsentando*] adulando. 32 *nunc*] alloquitur filios. 34 *effundite*] prodige expendite. 40 *plaudite*] plaudite et valete sive valete et plaudite. finita enim fabula in theatro recitator fabulae aiebat: plaudite *D*. *Calliopius recensui*] id est recitavi hanc fabulam.

---

1 mercede] ad laborandum *DM*. 2 suo exemplo] suo proverbio *CG*.

Index vocabulorum,
quae in scholiis explicantur.

abhinc 53. 80.
abhorreo 92.
ablego 145.
abligurrio 99.
abrado 132.
abstergeo 60.
abstineo 66.
abuti 67. 79.
accerso 83. 90. 96.
accido 144.
accingo 131.
accipio 151.
accuso 133.
actor 114. 127.
actutum 138. 158.
adbibo 116.
adeo (verb.) 55. 83.
adeo (adverb.) 58. 81. 87. 94. 98. 108. 114. 115. 125. 126.
adfecto 61. 117. 139.
adfinitas 82.
adiutor 151.
adlego 93.
adligo 109.
admitto 108. 110.
adorno 105. 107.
adpono 115.
adprime 53. 80. 111. 143.
adsero 152.
adstringo 97.
adtemperate 93.
aduncus 126.
adventi 62.
adversor 128.
adversum 80. 83
advigilo 71. 130.
aeger 99.
aegritudo 142.
aegrotus 115.
aeque quicquam 85.
aerumna 131.
age 101. 125.
ago 95. 97. 122. 141.
ago actum 78. 152.
ah 82. 83. 108.
aio 72.
alias 87. 141.
aliorsum 97.
aliqua 137.
alterae (dativ.) 61.
alterco 56.
amabo 97. 106. 141.
ambages 117.
ambio 84.
angiportum 66. 110. 157.
ango 129.
animadverto 81.
anime 89. 97. 118.
antevorto 107.
antiptosis 167.
anuis 61.
apage 108.
aperio 88.
arbiter 119.
arbitrium 114.
Archonidi (genetiv.) 62.
arra, arrabo } 121.
arrigo 57. 93.
articulus 152.

asinus 105. 124.
astu 60. 77.
astute 54.
at 139.
atqui 130. 161.
attat 81. 98. 107. 135.
attollo pallium 108.
au 90.
audacia 82.
audax 84.
aufero 106.
auspicato 57.

belua 107.
benedictum 127.
blandus 148.
bolus 121.
bona verba 81.
bonitas 127.

caedo 116.
caesius 126. 145.
calamitas 140.
calleo 120. 156.
calvo 140.
Canthara 90.
capio 126.
capitalis 159.
caprificus 157.
caput 84.
carbo 67.
casus pro casu 53. 56. 70. 90.
catus 92.
caudex 124.
causa 82. 131. 146.
causae est 87.
cave 55.
centurio 108.
certum est 83. 145.
cetarius 99.
Chremes 55. 93.
circumeo 135.
circumitio 81.
circumvallo 154.
circumvenio 141.
cistella 108.
clanculum 100.
claudo 87. 97.
clemens 150.
clivus 157.
coepio 66.
cognatus 129.
cogo 115. 121.
coitio 132.
colaphus 151.
columen 131.
comes 141.
comis 148.
comiter 134.
commentum 82.
commeo 119.
comminiscor 123. 158.
commitigo 112.
commoditas 138.
commodum 101. 118.
communis 124.
comoedia 163.
comoediarum genera 76. 164.
comparco 128.
compluria 63.
complusculus 64. 142.
composito 137.
compotrix 82.
comprobo 91.
concilio 106.
conclamo 59. 101.
conclave 105. 124.
concludo 147.
condecoro 141.
condono 95.
conficio 127. 137. 138.
confidens 71. 129.
confidentia 92.
conflo 89.
confuto 125. 133.
conger 155.
conicio 116. 129. 148.
conloco 137.
conlocupleto 116.
conrado 115. 127. 152.
consector 99.
conspicor 60.

consuetudo 87.
consulo 87.
consulto 147.
contamino 114. 170.
contemno 142.
contineo me 72.
contortor 132.
controversia 138.
convaso 129.
convenio 84. 99. 136.
copia 114.
coram 153.
corripio 144. 146.
credo 131.
crucior 121.
cuius (adiect.) 101.
culleus 111.
cupiens 142.
cuppedinarius 99.
cura 144.
curriculo 122.
cyathus 157.

damnosus 126.
damnum 81.
Danae 105.
datur fabula 73.
deamo 62. 123.
debacchor 65. 151.
decrepitus 98.
dedo 93.
defervo 151.
defetigatus 89.
defetiscor 135.
defio 148.
defrudo 128.
defrutum 152.
defungor 95. 156.
deicro 148.
delinquo 147.
deliro 90. 101.
demiror 118.
denique 71. 74.
depexus 125.
derivo 131.
desertus 118.
despicatus 101.
deverbero 131.
deverticulum 60. 106.
diasyrticus 122.
dicam scribo 129.
dico 128.
dictito 127.
differo 84. 114. 156.
dignitas 120.
dilapido 139.
diligens 158.
diminuo 157.
Dionysia 115.
discidium 89. 148.
discrucior 158.
dispendium 111. 148.
dispereo 118. 125. 155.
dispicio 88.
dispudet 109.
dissigno 151.
distaedet 139.
dolet 102.
drachma 85.
duco 81.
ducto 134.
dudum 59.
dum 77. 80. 120.
duriter 80.
durus 109. 148.

eccere 131.
eccum 62.
eclipsis 54. 66.
edax 95. 132.
edico 121.
educo 83. 108.
effero 158.
efficio 74. 120.
effundo 162.
effutio 137.
egens 65. 137.
egeo 125.
egregie 80. 83. 118.
eho 80. 81. 88. 89. 101. 110.
ei (interiect.) 80. 115. 123. 138. 154.

elegans 102. 126.
elegantia 113.
ellum 92.
eludo 96.
em 74. 91. 136.
emiror 125.
emitto 162.
emungo 136.
enico 89. 132.
enim 65. 143.
epexegesis 113.
ergo 74. 92.
erumpo 105.
esto 120.
eu 133.
euge 84. 121. 161.
evado 71.
eversus 118.
exadversum 62. 128.
excarnufico 123.
exculpo 107.
excursus 67.
exedo 119. 131.
exemplum 136.
exequiae 140.
exigo 77. 141.
existumo 142.
exorior 64.
exornatus 125.
exoro 134.
exosso 155.
expecto 102.
expedio 130. 143.
experior 117. 154.
expiscor 132.
expleo 115.
exploro 135.
exporgo frontem 160.
extillo 139.
extortor 63. 132.
extra 62.
extrarius 134.
extrudo 120.

faba 76.
faba cuditur 101.
facesso 135.
facetus 100.
facilis 147.
facilitas 112. 121. 143. 155. 161.
facinus 139.
faenero 133.
faenus 131.
fartor 99.
faustus 94.
ferio 128.
ferme 139.
fero 122.
festivitas 112.
festivom caput 65. 162.
fidelis 70.
flocci facio 100.
fors 144.
Fors Fortuna 138. 144.
forte fortuna 105.
fortunatus 145.
fraus 126.
fremo 127.
frigeo 58. 99.
fructus 132.
frugalis 122.
frugi 105. 109. 120. 162.
frustror 95. 158.
fugitans 63.
funambulus 140.
fundus 96. 114.
funus 81.
furcifer 88. 109.
futtilis 88. 155.

ganeo 126.
ganneum 155.
gannio 157.
garrio 101. 120. 123.
genius 128.
genus pro genere 57.
gerro 126.
gestire 102. 105. 131.
gestus 139.
gratia 101.

habeo 63. 80. 102.
habitior 100.

hahae 90.
hariolor } 133.
hariolus }
Hecyra 140.
helluo 126.
hem 81 (6 *et* 28). 82. 84. 86. 87. 93. 100. 108. 111. 115. 142.
heus 80. 87. 153.
hic homo 118.
hisce 58.
honestus 59.
horripilatio 97.
horror 97.
horsum 98.
hortor 74.
hui 155.
humanus 146.
hymenaeus 161.

iacto 93.
ignavus 83.
ignosco 95. 126.
ilicet 130.
impedio 82.
impendeo 129.
impendio 105.
impense 102.
impertio 100. 154.
impetro 87.
impluvium 105. 136.
importunitas 82.
impotens 118.
impudens 133.
impuratus 136.
impurus 128. 151.
incogitans 129. 133.
incuso 62. 133.
indulgeo 69. 98. 124.
ineptio 132. 161.
ineptus 98. 150.
iners 126.
inesco 152.
infamia 154.
infensus 82.
infitias eo 154.
infortunium 140.
infringo 152.
ingenium 134.
ingratus 83.
in' hinc 106.
inhonestus 101.
inhumanus 141. 145.
initus 68. 91.
iniurium 74.
inliberalis 156.
inliberaliter 132.
inlicio 93.
inludo 91.
inluvies 111.
in rem est 87.
inritatus 87. 131.
insciens 121.
inscribo 115.
insolens 93.
inspicio 95.
instigo 134. 139.
insulto 100.
integer 80. 125. 149.
integratio 87.
interea loci 97. 99.
internuntius 117.
intero 131.
interoscitans 81.
intertrimentum 119.
intumus 87.
invenustus 82.
inversus 118.
ira } 144.
iracundia }
istic sum 142.
istorsum 137.
ita 67.
itidem 97.
iugulo 102.
Iuno Lucina 86.
ius 143.
iuvat 153.

labasco 97. 152.
labefacto 104.
labor 90.

lacesso 95. 127.
lacto 89.
lana 80.
lanius 99.
laterem lavo 129.
laute 159.
lautus 123.
lectus 128.
leno 148.
lepidus 93. 104. 126. 134. 147. 161.
lepos 148.
lepus 102.
levis 127. 147.
liber 160.
liberalis 102. 135.
liberalitas 150.
libertus 105.
ligurrio 111.
limus 60. 105.
lineae amoris 106.
liquet 101.
liquido 90.
locito 162.
locuples 116.
logus 133.
lorum 151.
luculentus 119.
ludere 65. 123. 132.
ludibrium 146.
ludificor 106.
lugubris 117.

macellum 99.
magistratus 95.
magnificus 116.
mala 151.
male 106.
malum 85. 122. 150.
manipulus 76. 109.
mansuetus 81.
mastigia 160.
mecastor 141.
mediocriter 80.
medius 127.
meditatus 63.
memoro 145.
metuo 53.
mina 97. 113. 127.
Minerva 126.
miser 59. 70.
misere 115. 158.
mius 91.
moderor 116.
modus 81. 91.
molior 116.
moneo 74. 114.
monitor 115.
monstrum 82. 101.
monumentum 108.
moratus 147.
mordeo 59. 102.
morem gero 89. 146.
morigerus 83.
moror 56. 97.
moveo 68. 87.
mulco 108. 151.
musicus 114. 141.
mustelinus 107.
mutilo 141.
mutilatus 141.
mutilus 141.

nam 64.
nanciscor 128.
naviter 96.
ne (adverb.) 56. 58. 61. 66. 79. 83. 90. 122. 123.
ne (coniunctio) 65.
nebulo 99. 107. 109.
necesse 111.
negotium 149.
nempe 88.
neque — nemo 60.
nervus 78. 131. 136.
neutiquam 83. 118. 142.
nihilo magis 75.
nobilis 98.
nobilito 112.
non 66.
noxia 117.
nugae 121.

nullus 84. 98. 141.
numcubi 69.
numerus pro numero 57.

obitus 148.
oblecto 150.
obnixe 81.
obnuntio 157.
obolus 84. 113.
obsecro 91. 101. 148.
obsequor 126. 150.
observo 149.
obsonium 84.
obsonor 85.
obstetrix 83. 87.
obstinate 82.
obtundo 84. 124. 134. 151.
odiosus 139.
odium 142.
offendo 107. 113. 137.
offero 147.
oh 88.
ohe 72.
oiei 107.
oleo 65.
olfacio 155.
omen 81.
omissus 125. 160.
Omphala 112.
operam do 95.
operior 61.
opinor 84.
oppido 121.
oppignero 123.
oppressio 152.
optato 87.
orator 114.
orbus 129.
orcus 148.
ornati 55.
otiosus 110.

paenitet 60. 61. 114.
palaestra 72. 103. 133.
palma 122. 127.
palmarium 111.
pantomimus 124.
panuclae 117.
papae 98. 100.
par 146.
parasitaster 159.
parasitus 98. 99.
parco 138.
passus 117. 128.
paternus 156.
patina 156.
patrisso 157.
patrius 150.
patrocinor 139.
paulatim 161.
paulum 88.
pax 117. 122.
pedetemptim 134.
pellicio 128.
peniculus 108.
penus 59.
per (coniunct. insep.) 55. 59. 64. 68. 82. 86. 95.
percitus 144.
percontumax 145.
perdite 115. 128.
perditus 102.
perficio 73. 95.
periculum 103. 115. 131. 139.
perliberalis 148.
permano 153.
pernicies 119.
pernocto 146.
pernosco 79.
perperam 137.
perplexe 109.
perrepto 159.
persentisco 125.
perspicax 118.
perstrepo 105.
pertendo 126.
pertinacia 145.
pervicax 146.
phaleratis 133.
phy 155.
pignus 136.
plector 62.

plenus 58.
pleonasmus 61.
plerique omnes 53.
plumbeus 124.
plusculus 63.
popularis 127.
porro 120.
portitor 129.
posterius 87.
posthabeo 139.
postilla 132.
postquam 69.
potens 116.
potior 67. 134.
potis 63.
poto 159.
potus 64.
prae 57 (3 *et* 25). 58. 99.
praefinito 142.
praesens 132.
praestolor 60.
praetermitto 150.
praeut 58.
precario 59.
precator 129.
premo 88.
pretium 55. 88.
primulum 161.
primus 118. 125. 161.
principio 87.
prius 96.
pro (interiect.) 82.
probe 85.
procax 75. 116. 142.
proclive 80. 89.
procul 146.
pro deum 54. 82.
prodo 83.
produco 155.
profero 142.
profundo 151.
prolixe 113. 161.
prolixus 117.
proluvium 162.
promoveo 89. 147.
propediem 124.
propere 148.
propino 113.
proprius 90. 94.
proruo 105.
pro supreme Iuppiter 65.
protelo 130.
protervia } 123.
protervitas }
provincia 70. 119.
pudor 82. 88. 150.
pugil 100. 141.
pulpamentum 76.
pulto 116. 118.
punctum 129.
purus 114.
puto 106. 160.
pytisso 119.

quadrupedem constringo 92.
quaesti (genet.) 64.
quam 81.
quamdudum 107.
quando 98. 145. 147.
quantus quantus 65.
qui (ablativ.) 71.
quidem 94.
quid istic 65. 154.
quidni 101.
quin 72 (1 *et* 27). 78. 80. 84. 89. 120.
quisque 141.
quisquam (fem.) 60.
quoad 129.
quorsum 82. 142.

rapio 149.
ratus 146.
recenseo 94. 162.
recido 141.
recipio 126.
reconcilio 107.
redimo 96.
refello 129. 132.
refert 86. 119.
regnum 72.
reicio 127.

religio 61. 116.
relino 119.
remitto 139. 144.
reprehendo 149. 158.
repudium 136. 139.
rescribo 139.
resipisco 89.
restis 136.
resto 125.
resupinus 138.
rex 72.
ringor 132.
riscus 108.
rivalis 99.

sal 102.
salsamentum 155.
saltem 83.
sancte 141.
sanctus 161.
sandalium 112.
sane 120.
Sanga 109.
sapio 132.
satias 111.
satis 134. 154.
satius 147.
satrapes 119.
savium 103.
scelestus 96.
scelus 83.
scite 122.
scitus 86. 128. 138.
scirpus 93.
scortum 102.
screatus 118.
scrupulus 93. 139. 152.
sector 70.
sed 70. 71.
seduco 142.
sedulo 130. 133. 139.
senex 72.
sententia 148. 155.
sentus 99.
seria 119.
serio 102.
serius 104.
servo 85. 109.
severitas 92.
severus 125.
si 106.
siclus 113.
silicernius 157.
simultas 130.
sincere 97.
sino 121.
sis 108.
socordia 82.
socors 158.
sodes 80. 122. 137. 158.
solae (dat.) 60.
solidus 89. 94. 110.
sollers 103.
sollicitudo 134.
sollicitus 119.
solus 64. 84 (18 *et* 31).
somnio 159.
somnium 152.
sorbilo 157.
sorex 112.
sparsus 126.
spectator 105.
spectatus 161.
specto 77.
sperno 82. 134.
spero 84.
squalidus 99.
stat fabula 73.
stercilinium 134.
sterto 113.
stipes 124.
stolidus 120.
stomachor 101.
storax 150.
stupidus 140.
subigito 120.
sublimis 92. 154.
subolit 124. 133.
subtemen 117.
subtristis 85.
succedit 89.
succenseo 84. 131. 136.

succenturiatus 130.
suffarcinata 90.
suggero 150.
summoneo 105.
sumo 153.
sumptuosus 116.
sumptus 110.
suo 133.
superbus 76.
suppedito 113.
supplico 55.
suscenseo *vide* succ.
suus sibi 67.
sycophanta 91. 93. 114.
symbola 80.
Syrisce 66. 159.

tacitus 64.
talentum 135.
tamen 105.
tandem 72.
tango 102.
tantisper 115.
tardiusculus 61.
tardus 122.
techna 107. 113.
tela 80.
temere 81. 121. 136.
temulentus 82. 106.
tenax 161.
teneo 122.
tenuis 127.
tero 96.
tessera 159.
tibia dextra 95.
timeo 120.
tolerabilis 115.
tolero 75.
tollo 82.
traduco 122.
trama 117.
tribulis 156.
tribulus 156.
tristis 148.
triumpho 121.
truculentus 161.
trudo 101.
tuber 152.
tute 87.
tutor 147.

ulciscor 139. 141.
ultro 96.
unciatim 128.
unice 127.
usque 98. 103. 145. 152.
usus 144.
ut 58. 64. 100. 123.

vah 89. 107. 118. 150. 151. 156.
valeo 56. 89.
vecordia 88.
vehemens 81.
vel 59. 102. 129. 141.
venefica 109.
venio 65.
Venus 107.
venustus 81.
verbena 56. 90.
verbum 85. 107. 134. 136. 158.
verus 101.
veterator 85. 124.
veternosus 107.
vetus 79. 127.
viciniae 70.
vicissitudo 100.
videlicet 156.
vietus 107.
vinctus 100.
viso 87. 106.
vitium 140. 144. 153.
volo 145.
volup 135. 148.
voluptas 141. 145. 148.
vorsura 137.

Die Vita „Terentius Afer genere fuit civis Carthagin."
ist in d. Cod. 288 der Bibl. Casan. zu Rom (14./15) auf Paulus
Orosius zurückgeführt („Narratur de Terentio Secundum
P. Paulum Orosium" in and. Orthogr.).

In Recens. Γ d. Vita Ter.: Ter. genere extitit afer, ciuis outhagin.
— vocabatur uenit. (3. Lond. ~~XXX~~ Harl. 2656)

C. Tertium scholiorum genus.

(Commentarius recentior.)

Legitur auctor iste Africanus fuisse, qui devicta Carthagine a Scipione cum aliis captivis Romam ductus est. verum cognita immensa ipsius sapientia pilleatus secutus est currum imperatoris, cum solummodo sapientium esset et nobilium gestare pilleos. Romae itaque existens vidit populum Romanum ad theatrum convenire, vidit etiam scriptores ad maximos honores provehi. unde apud se diu excogitavit, quomodo Romanis posset placere. itaque animum suum applicuit, ut quasdam fabulas de Graeco in latinum transferret, quae proprio nomine et a graeco comoediae vocantur. comos (!) enim graece, villa latine, oda laus sive cantus, unde comoedia villanus cantus, et qui sit affinis cotidianae locutioni.

Haec est causa et etymologia nominis: sed haec est origo carminis. mos fuit antiquorum, ut post collectas messes de adiacentibus villis in aliquem locum capacissimum convenirent et ibi quosdam versus de communi statu vitae suae rusticiter compositos in festivis modis recitarent, unde Horatius [ep. II, 1, 145/6]:

> Fescennina per hunc inventa licentia morum
> Versibus alternis opprobria rustica fudit.

ex illa autem consuetudine apud Graecos et Latinos usus

4 curiam.

iste inolevit, ut de vulgari materia et de vulgari sermone carmina facerent; et sic, quod vulgare erat, paulatim quibusdam facetiis sermonum et artificiali genere locutionum retenta tamen vili et humili materia in artem reductum est maximam.

Tria autem sunt genera comoediarum, alia enim est togata, alia praetextata, alia palliata. toga genus est vestis communis apud Romanos, qua utuntur tam divites quam pauperes, tam nobiles quam ignobiles, unde togatae dicuntur comoediae de gestis et personis ignobilium Romanorum scriptae et a Latinis conditae. sed nec istae nec illae alicuius pretii erant, unde Horatius [ars poet. 289] earum scriptores reprehendens dixit:

Vel qui praetextas vel qui docuere togatas.

unde etiam Iuvenalis [sat. I, 3]:

Impune ergo mihi recitaverit ille togatas.

pallium autem erat vestis philosophica apud Graecos, unde palliatae vel graecae comoediae vel de graeco in latinum translatae, ut Terentianae et Plautinae. et hae tamen in summo pretio et maximo honore reddebantur.

His diligenter executis ad ceterorum discussionem, quae in principiis auctorum generaliter disquirantur, transeamus, videlicet quae sit materia, quis modus tractandi, quae intentio, quae utilitas. materia itaque Terentii in hoc opere est magna. communis materia omnium comicorum sunt vulgares personae, senes matronae, iuvenes virgines, servi et ancillae, lenones et meretrices, non quod in unaquaque omnes istae inveniantur comoedia, sed .. nam necesse est, qui sit modus tractandi, videre ac in materia hoc modo agere ostendendo proprietates singularum personarum, quales conveniunt senibus, quorum alii nimis sunt avari, alii nimis largi, alii iracundi, cum iuvenes amoribus impediti patribus non oboediant, sed meretricum vitiis obsequantur et obtemperent, et certam figurationem per similes modos hu-

21 hiis. 25 magna] ma. 28 sed ā — videre *multis compendiis mutilata itaque incerta.*

manae vitae, unde habent senes, quod fugiant et quod teneant, et similiter etiam iuvenes, et ceteri in hunc modum. — Intentio autem eius est describere senum prudentiam, matronarum pudicitiam, iuvenum inconstantiam, servorum nequitiam, meretricum astutiam, et hoc facit populum Romanum delectando. imitatur noster in quinque primis comoediis Menandrum, graecum poetam, in sexta Apollodorum. — Utilitas est delectatio, nullum enim genus carminis adeo delectabile. sed cum comicis scriptoribus morum utilitatem velitis assignare, iterum recurrite ad modum superius assignatum de materia agenda et ibi quasi in speculo et forma vitae communis, quid vitari, quid teneri debeat, invenietis. ibi enim patet moralitas aetatum, ut in senibus et iuvenibus, sexuum, ut in viris et mulieribus, condicionum, ut in servis et liberis, et ita laudat et laudabiliter prodest, unde Horatius [ars poet. 343]:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Attendendum etiam est, quod, quicumque in theatro voluit recitare, tres opes, tria adminicula eum oportuit habere, scilicet unum correctorem, alium recitatorem, tertium defensorem. haec quoque non minimum praevidit sibi Terentius. Laelium enim habuit correctorem, Calliopium declamatorem, Scipionem defensorem. erant enim quidam nimium sibi invidentes, Lanuvius scilicet et alii, qui recitationem nostri disturbare volentes ursos, funambulos, pugiles introducebant, hoc genere populum inclinantes ad spectacula circensia. et erat aliqua praepotens pars, quae populum tumultuantem secundaret.

Notandum est etiam, quod scriptores alii tantum operi suo titulum praemittunt, ut Horatius, alii titulum et prologum, ut Sallustius, alii titulum prologum et argumentum, ut Terentius. cum enim inter ceterâ sit officium prologi materiam summatim tangere, iste auctor in prologis suis officium dat maledictis Lanuvii, veteris et malivoli poetae,

8 nullum? 10 iterum] i *cum lineola.* 16 prodest] prodat. 26 hoc genere — circensia *incerta.*

respondere, non materiam inventam tangere. improperium igitur timebat, ne contra praeceptum Tullii exordium nimis longum esset, ideo post prologum enm aliud opusculum subiungere oportuit, in quo suppleret, quod in prologo facere non potuit. et haec est ratio, quare post prologos argumenta sint scribenda et legenda. si desunt post quosdam prologos, et Terentii auctoritas de hoc consentit, si quidem in Adelphorum comoediae prologo dicit:

Dehinc ne expectetis argumentum,

id est sicut post praemissos prologos subiuncta sunt argumenta, ita ne hic expectetis argumentum, quia non subiungetur.

Titulus expositus esset, si adesset. sed deest, quia Lanuvius et complices eius quidam primum abstractione apud Romanos aediles id effecerunt, ne in hanc titulum, qui signum commendationis est, apponerent. sed ea audita et aedilibus complacita et per Calliopium recitata Terentium sapientem et philosophum iudicantes in sequentibus fabulis commendandis apponendum titulum esse iudicaverunt.

His dictis ad litteram accedamus. sicut praenotavi, auctor iste in prologis suis aliud dat officium quam debeat, hoc scilicet, respondere invidis suis, qui aures populi a comoediis avertebant dicentes eum nihil ex sua parte dare, sed furem et interpretem esse et multas contaminare graecas, dum paucas faceret latinas. loquitur autem non in sua persona, sed in persona Calliopii recitatoris et hoc ad maiorem sui commendationem. commendabilior enim ostenditur alicuius persona, cum per alium laudatur, quam si se ipsam laudaret. facit sequentem prologum ad captandam benevolentiam populi Romani, quam dixit Tullius quattuor modis captari, a sua propria persona, cum eam ostendit laudabilem, a persona adversarii, cum eam ostendit detestabilem,

---

1. 2 improperium igitur timebat ne] imppe c. tam.? 3 ideo post? 5 quare? 6 si desunt — et Terentii *incerta*. 13 expoio? 15 ap. roas id edificant ne in h. 17 aedilibus? 31 captari?

ab ipsa re, cum eam ostendit culpa carentem, a parte auditorum, cum eorum aequanimitatem expostulat et ad iudicii aequitatem invitat. in ipso accessu captat benevolentiam a sua propria persona loquens, ut dictum est, per Calliopium.

Poeta. quod dicit: o Romani, quantumcumque pars adversa istum vituperare laboret, dignus tamen est, ut a nobis audiatur. ipse enim est poeta, id est faciens delectabilia carmina, nam poio, pois significat fingo, fingis. et per antonomasiam id est excellentiam vocat eum poetam, sicut per apostolus intellegitur Paulus, per urbs Roma. econtra alium vocat veterem poetam, suum maledicum. plus autem commendat eum per hoc nomen poeta, quam si dixisset Terentius. *cum primum appulit animum ad scribendum.* quod dicit: etiam in primis placendi vobis intentionem habuit. ubi dicit appulit, maximam difficultatem scripturae significare vult. appellere enim verbum nauticum est. cum enim in aliqua tempestate laborant, ad aliquem portum cum maximo labore festinant. et hoc est appellere: ad portum cum magna difficultate pellere. similiter Terentius cum maxima difficultate scripturae familiaritatem populi Romani, qui ei portus esset, tendebat attendere. *credidit id negoti.* hoc negotium vel id negotium, id est hunc finem et effectum de negotio suo. *ut fabulas quas fecisset placerent populo.* Romano subauditur. haec est eadem figura quae in: Urbem quam statuo vestra est [Verg. Aen. I, 573] et: sermonem quem audistis non est meus. et est antiptosis, casus pro casu, accusativus pro nominativo. et ecce per intentionem suam noster captat eorum benevolentiam. fabulas enim inproprie dixit, argumenta enim dicere debuit. nam si materia sua ficta fuit, tamen vera in re esse potuit. videndum est, in quo fabula, historia, argumentum differant. fabula est res ficta nec vera nec verisimilis, historia est res gesta a memoria hominum propter vetustatem dimota, argumentum ratio rei dubiae faciens fidem; argumentum

21 scripturae? 29 noster] nut'?

interdum res ficta, quae tamen sic fieri potuit, et in hac significatione hic accipitur et (vers. 11): non ita sunt dissimili argumento factae. vel aliter accipitur: scilicet argumentum est callidum inventum et in hac acceptione convenit illi opusculo, quod supponitur prologo. maxima enim calliditas est tantum opus tam brevibus comprehendere finonibus. *verum.* ipse id credidit, verum id est sed. *multo aliter evenire intellegit.* id est displicere, et hic per incommodum suum captat benevolentiam. *nam in prologis.* et vere multo aliter evenire intelligit; nam ipse effectus indicat, quia *opera abutitur,* id est aliter, quam deberet et mos poeticus exigeret, utitur. per hoc medium probat fabulas suas displicere. nam si placerent, maledicta adversarii sui non reciperent, si non reciperent, non responderet maledictis, quippe cum multa essent, et ita opera prologi non abuteretur, immo, quod prologi est, materiam summatim tangeret. *opera sua* id est labore suo vel intentione sua. *in prologis scribundis.* ecce in quo abutebatur, nam omnia alia bene faciebat. *non qui argumentum.* vere abutitur, quia non est, qui narret argumenta, id est qui materiam suam breviter tangat, sed *qui respondeat maledictis.* ecce a parte adversarii captat ⟨benevolentiam⟩, ubi dicit *malivoli.* Lanuvius enim et complices sui nihil scientes maledicunt ei, sed non est credendum, quia non ex ratione, sed ex malivolentia hoc faciunt. satirice etiam hoc dixit *veteris,* quasi contemptibilis, ut est vestis vetus et trita. *nunc.* quod dicit: quia respondere non licet, nisi praemissum sit aliquid, componit illa, quae isti, quasi vitium esset, ei opponebant, ad quae considerauda et advertenda auditores invitat dicens: *quaeso advertite nunc animum,* id est animadvertite, o vos auditores, *quam rem dent vitio,* id est, de qua vitiosum et culpabilem eum dicant. ut ante breviter notemus, de duabus comoediis fecit unam. Menander, quem scilicet iste imi-

---

1 interdum] it' m.? 17 opera] gloria. 22. 23 benevolentiam *om.* 33 ut ante?

tatur, fecit Andriam et Perinthiam. Andria continebat negotium Pamphili et Glycerii, Perinthia negotium Charini et Philumenae. et ita est utriusque similis materia, quod, qui alteram noverit, utramque noverit. et hoc est, quod dicit: *non ita dissimili sunt argumento.* litotes, ubi minus dicitur et plus intellegitur, id est: ita consimili sunt materia. materia non est dissimilis, quamvis oratio sit dissimilis, quia in una gravior, in altera levior habetur oratio et stilus dissimilis est. in una enim mediocris, in altera humilis habetur stilus. iste vero auctor, qui Andriam transtulit, quoniam Perinthiam similem vidit in materia, ex ea, id est ex Perinthia, in hanc, id est Andriam suam, non omnia sed quaedam, quae convenerunt, id est quae convenientia fuerunt, scilicet negotium Charini et Philumenae transtulit. per hoc, quod dicit *fatetur*, ostendit, quod res sua culpa caret. bona enim confiteri solemus, mala autem occultare. sciendum, quod comoedia aliquando recipit nomen a loco, aliquando a persona, aliquando ab officio: a loco, ut haec Andria ab Andro insula, unde putabatur Glycerium esse, quae tamen non erat; a persona, ut secunda Eunuchus ab eunucho quodam, pro quo deductus Chaerea in domum meretricis; ab officio, ut tertia Heautontimorumenos, id est excrucians se ipsum. nam quidam rusticus de abitione filii sui dolens se ipsum excruciabat. *atque usum pro suis.* hic diluit aliud crimen, si quidem imponebatur ei, quod fur esset et alienam materiam sibi assumeret et pro sua ⟨uteretur⟩, hoc est usum pro suis, id est propriis. quicumque enim alterius materiam describebat, sicut bene transferebat, suam faciebat, unde Horatius [ars poet. 131/2]:

> Publica materies privati iuris erit, si
> Non circa vilem patulumque moraberis orbem.

id isti. ita convenienter iste eas coniunxit, sed *id factum*

---

12 hanc *om.* 26 si. quidem? 27 et] sed. uteretur *addidi.* 28 quicumque enim? 32 paulumque morabitur.

vituperabant, quasi dicat stulti. *atque in eo* id est in ea re *disputant* id est diverse a nobis putant *non decere* id est non fas esse *contaminari* id est commisceri fabulas. sed contaminari, verbum invidorum, apposuit. invidi enim satirice verbum apponebant, quoniam res diversae naturae, si fuerint commixtae, suam propriam naturam amittentes contaminari creduntur, ut vinum, si fuerit aqua mixtum, aqua suam et vinum suam perdit naturam. *faciuntne intellegendo.* qui, inquit, diverso modo ab aliis putant, nonne faciunt intelligendo hoc est intelligentiam suam adhibendo et ostendendo, ut nihil intelligant, id est ad talem finem deveniant, scilicet ut nihil intelligentes appareant. *qui cum hunc.* vere stulti et nihil intelligentes ex hoc apparent, quia hunc vituperando de hoc Naevium et alios de hoc eodem facto vituperant, qui tamen in auctoritatem sunt recepti, et *quos hic noster,* id est nostrae utilitati deserviens, *habet auctores,* id est imitatur. *quorum.* eos imitatur et merito, quia *exoptat,* id est mavult, *aemulari,* id est imitari, *neglegentiam,* id est eorum facta negligentia, quam *istorum,* id est Lanuvii et suorum, *diligentiam,* id est facta diligentia. diligentiam dico *obscuram,* id est malam et contemptibilem. vel ita: quorum mavult imitari *negligentiam,* id est hoc factum, quod negligunt, scilicet ita commiscere fabulas, *quam diligentiam istorum,* id est quam eam, quam diligunt et probant, qui absque ratione et discretione hoc faciunt, unde ait obscuram. *dehinc.* ipsi, qui nullam rationem disturbandi habent. *moneo ut dehinc,* id est a modo, *quiescant,* id est a detractione cessent. nisi enim illi desinant, compellent ipsum ad eorum malefacta propalanda, et hoc est *malefacta ne cognoscant sua. favete.* isti quidem malivoli quiescant, sed vos auditores favete, non ad iniquitatem iudicii, sed ad aequitatem vos convertite, et hoc est *adeste aequo animo,* id est non turbato et tumultuoso. et hic captat benevolentiam apud auditorem. *et*

---

1 quasi] quia. 9 faciunt intellegendo] faciunt h intelligitur. 16 deserviens] desinens. 27 deturbandi.

rem cognoscite, id est comoediam inspicite et eam considerate, ut ista bene considerata et perspecta pateat vobis, quid possit iste in reliquis eius comoediis, et perpendite, utrum *comoedias, quas faciet,* iterum antiptosis est, *posthac,* id est post istam — si legas de integro pro dehinc, sicut est eius sensus, iam alterum superfluet, vel posthac vel de integro, sed huiusmodi superfluitas satis invenitur in auctoribus, ut aliter Virgilius [Aen. X, 861]:

> Rhaebe, diu, res si qua diu mortalibus ulla est,
> Viximus.

ecce cum dixisset si qua, id est si ulla, subiunxit ulla, id est altera, ergo alterum superfluum est; vel si vis, aliter legas, ita scilicet: perpendite, an comoediae, quas faciet post hanc, id est post istam, de integro, id est integram de integra, quia primam non fecerat integram de integra, sed integram de duabus — perpendite, inquam, an illae comoediae sint *spectandae,* id est inspectandae et recipiendae, an *exigendae,* id est extra agendae et repellendae, vel aliter: an sint spectandae, id est expectandae, donec libeat ipsi Terentio recitare, an prius, id est potius, sint exigendae, id est expetendae ab eo, ut recitet.

Exposito prologo subsequenter legendum est argumentum. et hoc accipitur in illa acceptione, qua dicitur argumentum callide inventum, ut supra exposuimus. sciendum autem, quod in omni comoedia debent quinque actus notari, quos quidam ita assignant: senilem, matronalem, iuvenilem, servilem, qui in duos dividitur, in servos et ancillas, inpudicum, qui iterum dividitur in duos, in lenones et meretrices. sed quia in unaquaque comoedia non omnes hi actus inveniuntur, — in hac enim prima non invenitur matronalis sive inpudicus — comoedia autem nec plures nec pauciores debet habere actus iuxta illud Horatianum [ars poet. 189 seq.]:

> Neve minor quinto neu sit productior actu
> Fabula, quae posci vult et spectata reponi,

---

24 et callide. 27 in inpudicum. 33 neu] ne.

(est enim ratio, quare nec plures nec pauciores debeant esse, si enim plures essent, iam nimis prolixa esset comoedia, si vero minores, numquam adesset concordia, per pauciores enim quam per quattuor non potest perveniri ad concordiam, concordia autem est quintus actus), et quia constat ratio et auctoritas, ideo actus assignemus unicuique suos ut in hac prima comoedia. primus itaque actus est simulatio nuptiarum, quae fit, ut Simo animum Pamphili filii cognoscat. secundus destructio earundem, quod fit, ubi Pamphilus suasu Davi patri oboedit et se ducturum uxorem promittit. tertius actus est apparatus verarum nuptiarum, quod fit, ubi Simo decipitur cogitans promissionem Pamphili esse veram. quartus est destructio earundem, quod fit per puerum ex Glycerio natum et ante oculos cum metis appositum. quintus est concordia omnium praecedentium. Orto bello Athenis cum Chremes quidam senex propter seditionem reliquisset ipsam civitatem, ad alia loca transmigravit ducens secum filiam suam maiorem Philumenam. Post aliquantum vero temporis Phanias, frater eius, accepit filiam eius minorem, neptem vero suam, quae vocabatur Pasibula, quae postmodum vocata est Glycerium, et perrexit post ipsum in Asiam. Quo cum pergeret, navi fracta devenit ad Andrum, insulam Graecorum, et ibi hospitio a patre Chrysidis susceptus est. Qui cum ibi moraretur, morte praeventus est. Post aliquot vero dies et pater Chrysidis mortuus est et remanserunt solae Chrysis et Glycerium. Coactae denique egestate et inopia devenerunt Athenas et ibi coeperunt vivere. Chremes vero iam reversus fuerat Athenas cum filia sua maiore Philumena. In hac civitate erat quidam senex nomine Simo, qui habebat filium nomine Pamphilum, cui habebat desponsatam filiam Chremetis Philumenam. Qui pergens ad domum illarum

3 minus. 5 ostat. 6 unicuique] unc'c'. 12 cogitans] c' dm̄s. 16 *Hoc argumentum ad Andriam ex* E *petitum est, in Barb. codice deest.* 18 Philomenam *(sic semper).* 19 Fañius. 21 Passibula. — Glicerium *(sic semper).* 24 Chrisidis *(sic semper).*

feminarum cum aliis sodalibus captus est amore Glycerii. Quod videns pater illius nimium triste tulit et simulabat se nuptias celebrare, quatenus probaret, quid ipse haberet in animo, utrum vellet uxorem ducere, quam habebat desponsatam, an Glycerium tenere, quam amabat. Nam ignorabatur ab omnibus, quod ipsa Glycerium filia esset Chremetis, et cum eam Chremes reliquit, parvula erat et ideo non agnoscebatur. Dum autem multa contentio esset inter Simonem et Chremetem et Pamphilum de nuptiis, venit quidam senex nomine Crito ab Andro, insula Graecorum, et demonstravit, qualiter ipsa Glycerium filia esset Chremetis, et qualiter praedicta res gesta est. Hoc audientes gavisi sunt valde, et Glycerium, quam diligebat Pamphilus, ipsi dederunt. Alteram vero Philumenam, quam desponsaverant, dederunt Charino, sodali eius.

Andr. II, 4. In hac scaena inducitur Simo senex decipiendus, ut audiat filii voluntatem de nuptiis. qua audita frustrabitur eius intentio; et hoc convenienter. Nam postquam Pamphilus Misidе orante promiserat, quod Glycerium non desereret, et Charino suadente, ne Philumenam duceret, insuper et accepto consilio Davi, quomodo id melius ageret, non restabat, nisi ut pater induceretur, qui diceret Pamphilo: 'Duc uxorem', et eo respondente: 'Praesto sum' sua intentio cassa fuit. Inducitur ergo primo Simo loquens secum super isto negotio, dicens: Reviso etc.

— II, 5. In hac scaena inducuntur quattuor personae, scilicet Byrria, Simo, Pamphilus, Davus, propter causam supra dictam, ut scilicet Simo fraudetur ab sua intentione. Etiam inducitur convenienter Byrria, ut audiat Pamphilum concedere patri et audita referat Charino, quod in sequentibus ad disturbationem nuptiarum iuvabit. Loquitur ergo Byrria . . .

— II, 6. In hac scaena inducitur Davus confirmans

16 *Haec usque ad finem ex* D *petita sunt; folio circumciso paucae litterae in hoc et sequenti scholio pericrunt.* 19 Misidе. rante. 29 Birria. 32 *post* Birria *unus versus decisus esse videtur.*

Simonem de responsione Pamphili. Et hoc erat satis necessarium, quia Simo dubitare poterat, an responsio Pamphili fuerit fraudulenta, qui sic ei respondit liberaliter. Ideo remansit Davus ad firmandum dicta Pamphili, in maiorem credulitatem ut ducat senem. Et tunc nullum locum habebit sua simulatio. Ergo inducitur Davus secum loquens, quasi nolit audiri a Simone, et tamen optat, ut audiatur, ut Simo ponat se cum eo in verbis. Et dicit Davus isto modo: Hic, scilicet Simo.

Andr. V, 3. Nuntiato hospitis adventu per Davum inducitur alia persona mediatrix, scilicet Pamphilus, qui adducat senem Critonem coram Simone et Chremete, et illo asserente Glycerium esse civem Atticam omnia concilientur. Hic autem persona mediatrix non poterat duci pacifice, qui tam contraria Simoni nuntiaret. Vocatus igitur Pamphilus a patre, qui erat in domo Glycerii in confabulationibus et solaciis, respondit: ‘Quis me vult, perii’, totus territus, quia pater suus videbat ipsum esse in domo Glycerii.

---

12 Cremete. 13 Glicerium *item 16 et 18*. 17 sollacitiis.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED